

## P A R S II. C R I S I S H I S T O R I C A, five Circa Historiam Geographicam.

**E**st explicatum Artificium Geographicum, & expositos quorundam Geographorum in delineandis Chartis Geographicis notabiles defectus, subministratamque ea runderem correctionem aliquam, nunc exploremus etiam Historiam Geographicam, in qua non pauci totius quasi Scientiæ Geographicæ rationem statuunt, sed perperā, ut in præcedentibus sat luculenter ostendimus. Historia namque Geographo Artifici materiam duntaxat subministrat, Geographia autem re ipsa non est, sed quod ipsa verbis narrat, Geogra-

phia in suo fundamento scitè exprimit, & oculis repræsentat. Geographo accedit etiam Astronomus, qui locorum situm per Longitudines & Latitudines cælius observatas illi suppeditat; unde utrius multum debet, & ab utroque dependet Geographus, neque fallit ipse, si fundamentum ritè posuit, nisi priùs ab alterutro deceptus: In Chartis namque Geographicis potissimi errores ac defectus non sunt Geographi, sed fere Historici, aut Astronomi: ab his enim rectè informatus Geographus ( si artificium probè intelligit) non facile aberrabit in suis artefactis. Sed nunc ad Historiam.

### P R O P O S I T I O I.

#### Religionis Christianæ per orbem universum Propagatio, & status modernus.

##### §. I.

##### Religionis Christianæ Propagatio.

**N**on est animus ea hīc repeterē, quæ toto Libro Geographiæ Hierarchicæ fusæ satis exposui, sed rei Christianæ per orbem totum diffusæ statum in brevem synopsin contra-

ctum Christiano Lectori ante oculos ponere.

Igitur quando Filius Dei ingressus est orbem terrarum, & intemerata Virginis uterum, summa erat pax sub

Augusto Imperatore Romanorum, qui magnam tunc orbis cogniti partem suo imperio obtinebat, nempe Europam propè universam, Asiam propè dimidiam, & Africæ partem non modicam. Veruntamen in toto hoc, & amplissimo orbis spatio fuit unica ferè Palæstinæ Provincia, ubi erat aliqua veri Numinis cognitio, & publicus adhuc cultus, & adoratio; omnis reliqua humani generis universitas, nationes omnes, & orbis inquilini aut DEUM ignorabant, vel Idola & creaturas pro Dijs colebant, & adorabant. Ipsi Romanis, cæteròquin moribus, a humana literis egregiè exculti, in hoc uno desipiebant maximè, quòd innumeris superstitionibus immersi ignorarent rerum omnium Conditorem & Artificem, quem tamen palam faciebant ejus opera adeò magnifica, & ipsa mundi Machina omnium oculis & animis prædicabat, & manifestum reddebat. Sed illud amplius stupendum est, quòd & ipsi tandem Hebræi, & populus electus DEUM, ac Vindicem suum tot retrò seculis è calo promissum agnoscere, recipere, & colere detestarint, juxta illud Joannis c. I. *In propria venit, & sui eum non receperunt,* etiam postquam tot manifestis signis ac prodigijs divinam Majestatem suam refractarijs & incredulis comprobavit. Satisfecit nihilominus aeterno Patri suo DEI Filius, & peractâ humani generis Redemptione reversus est in cælum, unde venerat, relictis post se duodecim Apostolis, & rerum à se gestarum testibus fide dignissimis. Igitur in Asia, & cum primis in Patria sua instruenda, & convertenda laborarunt omnes Apostoli. Petrus cæterorum Caput & Princeps Antiochenam fundavit Ecclesiam

Christianorum, & primum Patriarchatum. S. Jacobus minor (dictus Frater Domini) primus gessit Episcopatum Hierosolymitanum. S. Jacobus major, Joannis Apostoli frater, Hierosolymitanos legem Christianam docuit, & primus pro eadem lege Martyrium obiit. S. Joannes Evangelista totam ferè Asiam minorem in Christiana Religione instituit. S. Simon Mesopotamiam & Persidem instruxit. SS. Andreas & Philippus Scythiam, Achaiam, & Epitum. S. Judas Thaddæus Idumæam, & Arabiam Christo adjunxit. SS. Matthæus & Matthias Evangelium prædicarunt in Judæa, & subinde etiam in Æthiopia Asiatica, quæ teste Cornelio à Lapide est Regio inter Arabiam & Babyloniam interjecta. S. Bartholomæus, & S. Thomas ad Indos usque penetrarunt, & posterior quidem ad Chinam usque pervenisse traditur.

In Africam lucem Evangelicam intulit S. Bartholomæus,

Americam peragrâsse S. Thomam, & multis in Loci Christianam fidem promulgâsse, manifestis signis, & Barbarorum testimonij comprobat Pater del Techo in sua Paraquaria. Nec desunt, qui etiam S. Bartholomæum eò pervenisse, & Evangelium præcâsse credunt.

In Europa sedem stabilem fixit, & Christianam Ecclesiam erexit S. Petrus, & Gentium Doctor S. Paulus, qui posterior etiam Hispaniam invisiisse traditur; sed & S. Jacobum majorem eò pervenisse, & Christi fidem docuisse Hispanis indubitatum est, quidquid contrà dicant, & negent quidam Authores. Porro hic fuit primus Apostolorum labor, & conatus, qui juxta illud Christi Luc. 12. *Ignem veni*

teri metu in terram, & rufi at aemulari lucem. Eius genitus Spiritus sancti, Penitentes ipsi prius inflammati sunt, in orbem circumvoluerunt; quod tanto in Spiritu prævidit, & illatas cap. 9. his verbis in ambulabat in tenebris, & nomen: habitantibus in terra mortis, Lux orta est ex sublati ex hac vita pro Apostolis ignis ille caelatis, & gelida rufa deficeret, divitiae identidem viros quod filicos providit, qui suo Zetu lumen veræ Fidei intercluserant. Eiusmodi contumaciterat tot Romani Pontifices legitimi Successores, qui siene non interruperat, a quo terorum Clementem XI. & & ex his 34, qui pro Christo immolati sunt.

Circa annum 800. post Christum jam tota fere Europa Christianam fidem repperat ( paulo tamen, videlicet seculo nono, in ultimo Regiones magis Bæsicæ Norwegia, Danii, S. Galli Christo accesserunt, & vobis etiam toto hoc tempore suis persecutionibus immunitate Christiana Ecclesia, & repperit sum: Ethnici, Hæretici, & quædam Christiani, qui eam in cordio à Români Israëlienses, & exagitatam ad Confusam. M. tempora, non 520. curser, quo corpos

*veni mittere in terram, & quid volo,  
nisi ut accendatur? lucem Evangelicam,  
ignemque Spiritus sancti, quo Die  
Pentecostes ipsi prius inflammati, &  
succensi sunt, in orbem universum  
circumtulerunt; quod tanto ante tem-  
pore in Spiritu prævidit, & propheta-  
vit Isaías cap. 9. his verbis: *Populus,  
qui ambulabat in tenebris, vidit lucem  
magnum: habitantibus in regione um-  
bre mortis, Lux orta est eis.* Verum  
ne sublati ex hac vita pro Christi fide  
Apostolis ignis ille cælestis, & lux Evan-  
gelica rursus deficeret, divina Provi-  
dencia identidem viros quosdam Apo-  
stolicos providit, qui suo Zelo, ac spi-  
ritu lumen veræ Fidei inter mortales  
resuscitarent. Eiusmodi cumprimis  
fuerunt tot Romani Pontifices, & S.  
Petri legitimi Successores, quorum u-  
nâ serie non interruptâ usque ad mo-  
dernum Clementem XI. <sup>anm</sup> fuere 244.  
& ex his 34., qui pro Christo Martyri-  
um passi sunt.*

Romanis Pontificibus in sustinen-  
da, & conservanda Ecclesia Christia-  
na adstiterunt tot magni Patriarchæ,  
Archiepiscopi, & Episcopi, ac Docto-  
res, videlicet Hieronymus, Basilius  
M., Gregorius Nazianzenus, Epiphä-  
nius, Ambrosius, Augustinus, Joan-  
nes Chrysostomus, aliique innumerí  
vitæ Sanctimoniam & Doctrinam sacrâ  
præstantissimi, quibus subinde acces-  
serunt tot sacri Religiosorum Ordines,  
quorum primus in Oriente Institutio  
fuit S. Basilius Monachorum Pater an-  
no 362., in Occidente S. Augustinus an-  
no 387., S. Benedictus anno 494., &  
post hos S. Dominicus, & S. Franciscus  
Seraphicus circa annum 1208., aliique  
plurimi pro Fide Christiana virti zelo-  
sissimi, qui operâ, & studio suorum  
Religiosorum Religionem Christianam  
per totum terrarum orbem pro-  
pagârunt.

## §. II.

## Modernus Ecclesiæ Christianæ status in Europa.

Circa annum 800. post Christum na-  
tum jam tota ferè Europa Christianam  
fidem receperat ( paulò tardius  
tamen, videlicet seculo nono, & par-  
tim decimo Regiones magis Boreales,  
nempe Norwegia, Danii, Suecia, &  
Polonia Christo accesserunt ) quan-  
tumvis etiam toto hoc tempore a gra-  
vissimis persecutionibus immunis non  
extiterit Christiana Ecclesia; semper  
enim reperti sunt Ethnici, Hæretici, &  
perfidii etiam Christiani, qui eam mi-  
ris modis divexârunt. A primo sta-  
tum ejus exordio à Romanis Impera-  
toribus afflita, & exagitata fuit usque  
ad Constantini M. tempora, & an-  
num 320. circiter, quo cœpit è suis

cryptis & latebris in lucem emergere,  
atque in publico comparere. Circa an-  
num Christi 400. à Ponto Euxino, &  
mari Caspio prorupit ingens Barbaro-  
rum colluvies, Gothorum nempe, Hun-  
norum, & Vandalorum, qui totam ferè  
inundâunt Europam, & exterminatâ  
Christianâ Ecclesiâ passim hæresin Ar-  
rianam introduxerunt. Extinctâ post-  
liminio infami hac sectâ, profligatis-  
que Barbaris, quievit nonnihil Populus  
Christianus in avita Christi Religione  
usque ad annum 1176., quo anno e-  
mersit hæresis Valdensium, & Albi-  
gensium, qui postquam aliquo ntō tem-  
pore Gallicanam Ecclesiam affixe-  
runt, tandem à Cruce-Signatorum exer-

citum expugnati ; profligatique sunt anno 1380. Wiclefus, obstinatus mentis sacerdos, pestilenti suâ doctrinâ aliquamdiu Anglicanam turbavit Ecclesiam , cujus peste afflati duo Pragensis Academiarum Doctores, Hus , & Hieronymus dictus Pragensis à loco , circa annum 1497. totam latè Bohemiam corruerunt. Hos haud multis post annis, videlicet anno 1517. secutus est Martinus Lutherus, qui abjecto cucullo sacrâ & avitæ Religionis desertor, proposito laxioris vitæ illicio, magnam Germaniæ partem , sed & Sueciæ, Daniæ , & Norwegiæ Regna à Christiano-Catholica Ecclesia abstraxit. Paulò post Lutherum secutus est Joannes Calvinus , qui & ipse libertinus Ecclesiam , & inconsutilem Christi tunicam fædè laceravit , & in reprobum sensum convertit. Infamis ejusdem secta hodie sub variis nominibus super cæteras invaluit. Hugonotarum nomen fert in Gallia , Reformatorum in Germania , Geisiorum in Belgio , Puritanorum in Anglia &c., quibus omnibus se misericordia passim fæx malesana Adamitarum, Quackerorum , & Anabaptistarum. Inter tot Novatorum & Christianorum insultantium turbas invicta semper , constans, sibiisque æqualis remansit Romana Christi Ecclesia in tota Italia , Lusitania , Hispania , & Gallia ( et si in hac postrema identidem reviviscant nunquam satè edomitæ Hugonotarum reliquiae ) in Polonia , & Hungaria Catholicis hodiéque se miscent Calvinistæ , Lutherani , Schismatici , Arriani , aliarumque Sectarum cultores non pauci, quibus tamen sub Regibus Catholicis nunquam satè licet , quod lubet : neque propterea imminuta est veritas Catholica, et si imminutus sit Catholico-

rum in Europa numerus; sed neque imminutus est Catholicorum numerus ; quod enim Orthodoxæ Ecclesiæ decessit in Europa, magno cum fœnere illi accessit in utraque India , & China.

### In Asia.

**E**t si Servator noster ipsemet Religionem Christianam in Asia planteraverit, cámque Apostoli omnes vivâ voce magnisque miraculis exultam stabiliverint, nihilominus mox reperti sunt Hæretici , Schismatici , Barbari , & perfidi Christiani , qui eandem ab ipso ejus exordio usque ad hæc nostra tempora gravissime persecuti sunt , & persequi hodiéque non desistunt, præcipue Mahometani , & Græco Schismati addicti , adeò quidem, ut eam multis in locis etiam penitus extirparint. Interim neque defuerunt, qui eandem Christi Ecclesiam identidem in lucem revocarunt, viri Apostolici , Reges, ac magni Principes, juxta illud promissum Petrus à Christo factum Matth. 16. *Tu es Petrus, & super hanc Petram adificabo Ecclesiam meam , & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.*

Anno Christi 90.<sup>mo</sup> erant in Persia , Armenia , Mesopotamia , & Asia minore multi Christiani à diversis Apostolis, præcipue à Joanne, Andrea, & Bartholomæo ad Fidem conversi, quos Traianus Imperator ann. 106. duxit in has Provincias Romano exercitu graviter afflixit , quando etiam Romulum aulæ sua Præfectum capite plecti , & suorum militum decem milia ob fidem Christi in montibus Armeniae Ararat cruci affixos interfici jussit. Aano 183. Pantænus ( quem Martyrologium

legum Romanarum ad diem 7. dum appellatur iustitione Sicul Philopatricio Christanus, postquam Alexandri nobilis præfuit & Telle Diuino lacras literas interpretabi propagandæ fidei Cildos transtulit, & Christianum propagavit, cuius primus annus Christi 75. Lancea ueritas illius Ecclesie plantata suo irriguit.

Anno Christi 545. etiam Rex Perferum in suo Regnum Provincias bello Christianos à clade Trajanata persecutio graviter esse Ulfhazani Eunochoru in Principi tyrannus peperit. Circa annum Christi 600. Islamites, quendam Saraceni, percuti Christianos in Asia , & in secula magnam Orientis partem , qui hodie occupatis per Tatarum & Tartarum Regnum ac Chinam usque penetravit, nos è multis Regionibus ex anno Christi 614. circiter etiam Rex Perferum, eisdem bello vastavit, expulitque, & occupata Hieropolis Christi Crucem iecum adportavit, neque Heraclius pacem iterato perenti colligebat, ut ipse cum reliquis uictoria fide Christiana. Solus Deo collet. At viro ab Heracio , & à suorum filiorum Christianis pacem reliqui anno 1095. Godefridus bullam missum Lotharingia, in ducit uenientium trecentorum in Crucis Sagitorum , occu-

logium Romanum ad diem 7. Julij sanctum appellat ) natione Siculus, & ex Philosopho Stoico Christianus zelosissimus, postquam Alexandriæ Scholis publicis præfuit, & Teste Divo Hieronymo sacras literas interpretatus est, studio propagandæ fidei Christianæ ad Indos transiit, & Christianam Religionem propagavit, cuius primam sermonem jecerat D. Thomas Apostolus, qui anno Christi 75. Lanceâ confosus novelas illius Ecclesiæ plantas sanguine suo irrigavit.

Anno Christi 343. etiam Sapor II. Rex Persarum in suo Regno, & circumjectis Provincijs bello acquisitis Christianos à clade Trajani reliquos iterata persecutione graviter afflixit, neque Usthazani Eunuchorum suorum Principi tyrannus pepercit.

Circa annum Christi 600. impius Mahometes, junctus Saracenis, cœpit divexare Christianos in Asia, & infamia sua secta magnam Orientis partem infecit, quæ hodie occupatis potissimum Indiae, & Tartariæ Regnis ac Provinciis ad Chinam usque penetravit, & Christianos è multis Regionibus exegit.

Anno Christi 614. circiter Cosroes, itidem Rex Persarum, easdem Provincias bello vastavit, expilatâque Palæstinâ, & occupatâ Hierosolymâ sanctam Christi Crucem secum in Persidem asportavit, neque Heraclio Imperatori pacé iteratò petenti condixit, nisi ea lege, ut ipse cum reliquis Christianis desertâ fide Christianâ, Solem secum pro Deo coleret. At victus tandem ab Heraclio, & à suis metu filiis interfectus Christianis pacem reliquit.

Anno 1095. Godefridus Bullionius, Dux inferioris Lotharingiæ, in Asiam duxit exercitum trecentorum milium Cruce - Signatorum, occupatâ

que Palæstinâ cum urbe Hierosolymâ, sceptro, Regnóque honoratur à Populo Christiano. Sed Princeps verè pius nec Sceptro, nec coronâ aureâ uti eo in loco voluit, ubi Rex Regum Servator noster coronam spineam portaverat tot ignominiis affectus. Continuatum est hoc regnum à Godefredi Successoribus, sed iis tandem à Barbaris iterum ereptum, hodièque in Turcarum potestate est.

Anno 1245. Religiosi ex Ordine S. Francisci Seraphici ad Tartaros vagabundos, Usbequianos, ipsumque Cublay magnum Tartarorum Cham in Tartariam, & subinde cum eodem etiam in Chinam (quam teste Haythone Chamus occupaverat) transgressi, resuscitârunt ubique fidei Christianæ lucem. Circa hoc ipsum tempus S. Ludovicus Rex Galliæ expeditionem instituit in Asiam ad recuperandam Terram sanctam, ubi aliquoties cum Saracenis Victor conflxit; sed exitu tandem infausto capitur, rursumque liber dimissus Christianorum templa restaurat, & multos Barbarorum ad Christi fidem convertit. Anno 1270. cum duobus filiis Cruce - Signatus in Africam transgreditur, expugnat aqua Carthagine in obsidione Tunetana peste correptus Sanctè moritur.

Anno 1481. Rex Lusitanæ cognomento magnus ac severus, misit classē in Indiam, unāque viros Apostolicos ad prædicandum Barbaris Christi Evangelium. Indorum conversionem egregiè promovit Rex Emanuel anno 1505. per insignes duos Archithalafos, Franciscum Almeidam, & Alphonsum Albuquerium. Continuavit porro Joannes III. itidem Rex Lusitanæ anno 1540. submissio in Indiam S. Francisco Xaverio, qui multa centena milia

lia sacro Fonte lustravit, primus lucem Evangelicam multis Provinciis, Regnoque Japoniae intulit; cumque adiutum etiam ad Sinas tentat anno 1552, in Insula Sanciano ad Superos emigravit. Interim Lusitani Goæ, aliisque Indiae locis sedem stabilem fixerunt, & rei Christianæ seminarium, unde Missionarij Apostolici in omnes latè regiones ad Barbarorum conversionem excurrunt. Aliam item statu- nem adornarunt Hispani in Insulis Philippinis, unde insignis est occasio Operariis Catholicis transeundi ad Insulas propè innumeratas Archipelagi S. Lazari, quas inter sunt etiam Insulæ Marianæ, quarum habitatores ante annos aliquot magno numero ad Christum sunt conversi. Magna est ex his Insulis commoditas navigandi ad Insulas Japonicas.

Ab eo igitur tempore, quo Indias ingressi sunt Hispani & Lusitani, nunquam inibi defecit Religio Catholica: magnus enim hodiisque reperitur Catholicorum numerus in Ora Piscaria, & Malabarica, cæterisque ditionibus Hispaniæ, & Lusitaniæ Regibus subiectis, etiam postquam iis Batavi totas Insulas, Provincias, & Urbes, unaque Barbaris Indis occasionem conversionis suæ eripuerent.

In Imperio Magni Mogoris, & quidem Agræ ejusdem Metropoli, ultra 25. millia Christianorum reperi testatur D. Therenot, qui locum præsens inspexit.

In Persia, & cumprimis Hispahami Regni Metropoli, non pauci sunt Christiani Catholici; quia reperiuntur ibidem omnium ferè Ordinum Religiorum Missionarij.

In ditione Turcica non pauci sunt Christiani Catholici, Græcis Schisma-

ticis, ac Turcis permixti. In Syria quidem Montem Libanum habitant Maronitæ, omnescum suo Patriarcha Romano-Catholici. In Armenia multi sunt Catholici, at plures Schismati græco addicti.

In Tartaria Russica, & Moscovitica reperiuntur Græci Schismatici hinc inde Indolatris permixti. Ejusdem fortis sunt etiam Tartari vagabundi.

In Tartaria Usbequiana ad Mare Caspium, Magni olim Tamerlanis ditione & patriâ, duo Missionarij Societatis Jesu anno 1664. in transitu ex India in Europam invenerunt passim Tartaros Christianos, attamen rudes, nec sat instructos, Christianæ tamen doctrinæ cupidissimos.

In Tartaria Tibetica anno 1626. P. Antonius Andrada Soc. Jesu Missionarius multos in Fide Christiana instruxit, qui hodiisque in externis speciem quandam Christianitatis præferunt, defectu tamen Sacerdotum & ipsi à fide deficiunt.

In Tartaria Sinica vix ulli, aut certè pauci sunt Christiani, plerique autem Idololatræ, & superstitiosi.

Denique in ultimo Orientis angulo, nempe Imperio Sinico resuscitata est Fides Catholica, quam anno 1581. primus illi intulit P. Michaël Rogerius Soc. Jesu, eumque anno 1583. secutus est P. Matthæus Riccius, aliique è Societate Missionarij identidem substituti usque ad hæc nostra tempora, quibus China, priùs externis omnibus clausa, nunc patet, quibusvis Missionarijs ad hanc animarum messem properantibus, postquam à moderno Imperatore Tartaro-Sinico omnibus Sinensibus facta est facultas, & libertas ad Christianam Ecclesiam transeundi;

nu-

1  
hodiæ in  
Catholicorum  
naturæ, idemque nur  
auger, & crevit.  
Imperio Chineni vi  
Liqua amplissima, Tunc  
China, & Siam, in  
ter graves persecutio  
antur in dies Christiani  
tumque cernuntur mul  
nilia. Rex Siam eti  
tos misit ad Regem Christi  
& anno 1688. ad inn  
tonum Pontificem,  
anique causâ. Aq  
Christiano-Catholicæ fa  
alia, car  
In Africa,  
Ngen & infelix huc ve  
cum suis habitatoribus  
Noemo Patriarcha maled  
ulturam & lemen Chr  
spuit, auricerte fructu sp  
bus non reddit. S. Marcus  
nam Alexandria fund  
, & Patriarchatum: u  
vidam excrevit Christian  
us, qui jam anno 102  
uribes Ægypti ampliss  
montana, & Cœnac  
tum tamen Severi Imp  
unque sequentium ty  
des persecutiones potione  
turem; reiquias subind  
scholma, & hereticis Egy  
litione corrupit, Turcam  
lemannus (zvities introduc  
a Monachismo prorius ex  
dō qualem, ut pauci hodie  
reperimus Christiani Ca  
stros escupi, qui Caii R  
if(

numeranturque hodie in China Christianorum Catholicorum multa centena millia, idemque numerus in dies augetur, & crescit.

Imperio Chinensi vicina sunt tria Regna amplissima, Tunchinum, Cochinchina, & Siam, in quibus etiam inter graves persecutioes multipli- cantur in dies Christiani Catholici, eorumque cernuntur multa in singulis millia. Rex Siam etiam suos Legatos misit ad Regem Christianissimum, & anno 1688. ad Innocentium XI. Romanum Pontificem, conciliandæ amicitiae causâ. Atque haec est rei Christiano-Catholicæ facies, & status in Asia,

### In Africa.

Ingens & infelix haec terræ portio cum suis habitatoribus Chamitis à Noëmo Patriarcha maledicta hodièq; culturam & semen Christianæ Fidei respuit, aut certè fructū speratū cu- toribus non reddit. S. Marcus Evangelista primam Alexandriæ fundavit Ecclesiam, & Patriarchatum: unde ingens quidem excrevit Christianorum numerus, qui jam anno 202. non tan- tū urbes Ægypti amplissimas, sed etiam montana, & solitudines illius Eremicolis, & Anachoretis implevit, quorum tamen Severi Imperatoris aliorumque sequentium tyrannorum crudeles persecutioes potiorem sustulere partem; reliquias subinde Græco- rum Schisma, & hæresis Etychetis ac Dioscori corrupti, Turcarumque tandem immanis sævities introducto infami Mahometismo prorsus extirpavit, adeò quidem, ut pauci hodie in Ægypto reperiantur Christiani Catholici, si exteros excipias, qui Caii Regionis

Metropoli, Alexandriæ, aliisque lo- cis celebrioribus mercaturam faciunt, quibus in sacris assistunt Religiosi qui- dam Missionarij.

In Barbaria, & Mauritania anno 258. Valerianus, & Gallienus Imperatores Romani gravissimam persecutioem moverunt in Christianos, qui ad evitandas corundem tyranorum minas & supplicia in has Provincias ex Italia & Ægypto profugerant. Quo tempore cum aliis Episcopis & innu- meris Christianis Martyrium passus est S. Cyprianus Carthaginensis Episco- pus. Altera, eaque gravissima perse- cutio in Christianos hīc mota est tem- pore S. Augustini Hipponensis Episco- pi à Genferico Rege Vandalorum, ejusque successoribus, à quibus Chri- stiana Religio potiorem partem ex- tincta est. His Barbaris tandem suc- cessorunt Turcæ Saracenis ac Mauris permixti, qui postrem postea occupârunt partem hujus Regionis occiden- talem, quæ ab illis Mauritania appella- ta est: pars reliqua Turcis cessit. Un- de hodie in tota hac ora Maritima vix ulli supersunt Christiani, præter eos, qui in aliquot urbibus & castellis Re- gis Hispaniæ jura tuentur, vel in ergastulis piratarum captivi attinentur, & malè tractantur.

In Æthiopiam superiorem (quæ est Abassia ab Ægypto usque ad Æthio- pam inferiorem per 40. ferè gradus descendens) Fidem Christianam pri- mus introduxit Eunuchus Candacus Reginæ Æthiopiæ à Philippo in curru instructus, & subinde baptizatus. Ve- rū circa annum 614. Christiana Religio à Græco Schismate & hæresi Etychetis ac Dioscori turpiter cor- rupta fuit. Eam Pontifices Romani, adnitentibus Lusitaniæ Regibus, &

eumprimis Joanae III. circa annum 1555. orthodoxæ Ecclesiæ restituere sunt conati, submissis semel iterumque è Societate Jesu aliquot Missionarij cum uno etiam Patriarcha, & aliquot Episcopis, à quibus unus & alter ex Imperatoribus, & magnus Aethiopum numerus ad orthoxam Fidem reductus est. Verum tam sanctum negotium rursus interruptus optimi parentis impius successor Favillada, qui ejectis, aut occisis pastoribus Catholicis subditos ad pristinos errores revocavit. Sunt nihilominus etiamnum, teste legato Imperatoris Aethiopici anno 1696. Constantinopolim missis, plurimi adhuc Christiani verè Catholici in Abassia Lusitanorum operâ in Fide sustentati.

Anno 1561. operâ Lusitanorum in patentissimum Monomotapæ Regnum (quæ est Aethiopia australis & inferior) Christianam Fidem intulit P. Gonsalvus Sylvester è Societate Jesu, qui & Regem ejusque Matrem cum aliquot nobilibus Aulicis sacro Baptismo lustravit. At Rex postea instinctu Mahometanorū turpiter à Fide Christiana defecit, jussitque virum Apostolicum strangulare, atque in flumen demergi. Successore Gonsalvo paulò post aliij octo ex Ordine Prædicatorum, & Societate Missionarij, sed ex iis duo tantum naufragio superstites cum aliis tribus è Societate postea Aethiopiam ingressi sunt, ubi tandem laboribus & miseriis consumpti successores (quantum constat) deinceps non habuerunt: et si teste Nicolao Samsonne deinceps Christiani in Lusitanorum gratiam tolerari cœperunt.

In Aethiopia occidentali præcipua Regna sunt Angola, & Congo, quod posterius auspiciis Joannis II. Lusitanæ Regis anno 1484. detexit Jaco-

bus Canus Archithalassus, cujts Regem postea ad Christiana sacra perduixerunt aliquot è Religiosa Familia S. Dominici eò submissi. Subinde Rex Emanuel rem bene cœptam promovit submissio huc etiam Episcopo. Verum cùm sensim Aethiopum fervor defecisset, Rex Lusitanæ Joānes III anno 1547. novos è Societate operarios in hanc vineam ablegavit, iisdemque postliminio accesserunt etiam aliorum Ordinum Religiosi, qui simul deinceps vario successu rem Christianam sustinerunt. Anno 1558. Fides Christiana etiam in vicinum Angolæ Regnum à Lusitanis delata est; & quoniam illi in utroque hoc Regno certas stationes, ac munimenta fixerunt, simul etiam Fidem Christianam in iisdem Regnis stabiliverunt.

Ante hæc duo Regna detecta jam anno 1482. Lusitani in Aurea Guinea (quæ est ora Maritima ob auri copiam celebrata) quinque gradibus ab Aequatore in Boream remota, certa loca, sedesque occuparunt, ubi & sua cum indigenis commercia, & unà Christianam Fidem promoverunt; sed postea à supervenientibus Batavis, Anglis, aliisque Europæis inde expulsi in interiora Regionis immigrarunt, ubi teste La Croix jam aliquot Regulos cum suis subditis ad Christiana sacra traduxerunt. Guinea vicina Regna sunt ad Caput Viride Montes Leonum, & ad ostia Nigri fluminis Regnum Jolofum, quorum Rex jam anno 1491. operâ Lusitanæ Regum Christi Fidem cum subditis suscepit. Quibus in locis Galli, Lusitani, aliique Europæi suas stationes hodie fixerunt. Porro, quinam his locis sit rei Christianæ status, hodie non satis constat.

In Regione Zanguebar, quæ est

ora

ora Maritima Ortum respieiens, & mare Jndicum, Lusitani Archithalassii in itu ac reditu Goam versus occupârunt quasdam Insulas ac Provincias: anno quidem 1486. Petrus Cobillonius occupavit Zofalam: anno 1498. Vas-  
quius Gama Mozambicum, & an. 1506. Franciscus Almeida Quiloam, Mom-  
bazam, Melindam, & Archesdivam, quibus in locis operâ Religiosorum S. Augustini, & S. Dominici Lusitani pro-  
moverunt etiam Fidem Christianam: ubi ann. 1541. in itu ad Indos etiam S. Franciscus Xaverius aliquamdiu sub-  
sistens operam aliquam convertendis indigenis impendit, quam postea alij identidem è Societate Missionarij prosecuti sunt, hodieque sustinent, & in vicinas Regiones excurrunt.

In Insulis Africæ circumjectis, quibus Fides Christiana illata est, potissimæ sunt I. Insulæ Canariæ, cum suo Gubernatore & Episcopo Regi Catholico subjectæ. II. Insulæ Hesperides, hodie de Capo Verde itidem cum suo Gubernatore & Episcopo in Insula S. Jacobi subsunt Regi Lusitaniæ. III. In Insula S. Laurentij, vulgo Madagascari anno 1594. Religiosus è Divi Dominici Familia Evangelium indigenis prædicavit, qui ramen à Barbaris interemptus negotium imperfectum reliquit. IV. Insula Matera à Catholicis habitata subest Regi Lusitaniæ. V. Insula Bourbon olim à suo habitatore dicta Mascarenia jam à multis annis habitatur, & excolitur à Gallis. VI. Insula S. Thomæ sub ipso Äquatore Africæ ad Occasum posita jam olim sub Dominio Lusitano urbem & Episcopū habuit. VII. In Insula Socotra, quæ est Promontorio Guardafy vicina, olim S. Xaverius in itinere versus Indiam reperit externa quædam Chri-

stianitatis signa, incolas autem Barbaros, & superstitionis.

Denique ad Regiones & Provin- cias interioris Africæ latissimas, & à bestiis aut Barbaris habitatas non constat aliquando lucem Evangelicam pe- netrâsse; unde & nostra ætate in um- bra perditionis sunt sepultæ, & Chri- stiana ope, ac commiseratione dignæ.

### In America Boreali.

Hanc Americæ partem anno 1492. primus, sub auspiciis Ferdinandi & Isabellæ Regum Castellæ, Christophorus Columbus detexit, & quidem in Insula Guanaham ( alii dicunt Guanapani ) quæ est una Lucayum, Crucem sanctam defixit. Exinde mox transivit ad Insulam Cubam, à cuius habitato-ribus ad Insulam Haitis quam ipse His- spaniolam vocavit) deductus, ibidem stationem fixit. Hæc igitur Insula prima lucem Evangelicam, & Christianos habitatores accepit. Deinceps etiam reliquæ majores Insulæ, nempe Cuba, Jamaica, & Boriquem, sive S. Joannis de Porto Ricco, ab Hispanis habitari, & excoli cœptæ. Jamai- cam tamen postea Angli Hispanis cœpuerè.

Anno 1517. Ferdinandus Corte- sius sub auspiciis Caroli V. Imperato- ris expugnavit Regnum Mexicanum, eidemque operâ trium Religiosorum ex Familia S. Francisci Seraphici Fidem Christianam primus implantavit, Regnumque Mexicanum novam Hispaniam appellavit. Porro ipsa urbs Me- xicum, quæ totius Regni Metropolis est, sedes Proregis, & Archiepiscopi, maiestate ædificiorum, templorum nitore, & rebus omnibus sacris & pro- fanis

fanis etiam præcipuis Europæ urbis vix aliquid concedit. Successu temporis etiam reliquæ Regni Mexicanæ urbes & oppida Christianis sacris ac moribus exulta sunt. Ad hoc primis S. Francisci operariis anno 1526. accessere 12. Religiosi ex Familia S. Dominici: anno 1532. septem ex Ordine S. Augustini, & anno 1572. ex Societate Jesu Missionarij 17.; quibus deinceps identidem successerunt alii, qui unitis viribus tandem hunc agrum Mexicanum ita excoluerunt, ut nostrâ ætate etiam multis Europæ Regnis Christianis parum, aut nihil concedat.

Regno Mexicano subinde accessit Mexicum novum, amplissimum Terræ spatium, à nova Hispania, sive Regno Mexicano in Boream 30. ferè gradus expansum, quod primus detectum P. Marcus de Nizza Religiosus ex Ordine S. Francisci Seraphici circa annum 1592. in comitatu aliquot Hispanorum militum. Illi postea com-

Iures operarij Apostolici ex eodem Ordine successerunt; & his tandem anno 1694., & deinceps sociam operam junxerunt Missionarij Societatis Jesu. Utrique hunc agrum incredibili labore excoluerunt, & multi etiam fuso suo sanguine rigarunt, à Barbaris Mexicanis identidem ad innatam suam ferociam reversis trucidati. Metropolis totius novi Mexici est urbs S. Fidei, immo & nova Granata sedes Gubernatoris & Episcopi, à qua tota Regio etiam novum Regnum Granatense Hispanis dicitur.

Novo Mexico versus Ortum adiacet Regio Luyiana à sinu Mexicanu usque ad Mare glaciale porrecta, quam medium interfluit ingens Flumen Mafaschippi. Inventionem Luyianæ ubi tribuit P. Ludovicus Henepin Re-

ligiosus ex Ordine Recollectorum S. Francisci Seraphici, qui ab anno 1679. usque ad annum 1682. potiorem Regionis partem cum Socio peragravit, & in gratiam moderni Galliæ Regis Ludovici XIV. Luyianam appellavit. Paulò post in dicto flumine Mafaschippi D. de la Salle Eques Rothomagensis usque ad ejus ostium, & Sinum Mexicanum navigavit, & reliquam partem Regionis detexit, quæ plena est habitatoribus Barbaris Fide Christiana destitutis.

Luyianæ ad Ortum accedit Pentilimnis, sive Regio quinque Lacuum ingentium, ad quos itidem multæ ac diversæ gentes habitant, è quibus Hurones, ac Hiroqui omnium notissimi, ac ferocissimi sunt, sensim tamen ab aliquot annis Gallorum armis, ac sacrâ Missionariorum industria & labore mitigati. Est enim Pentilimnis Canadæ, & Novæ Franciæ ad Occasum annexa, eamque Galli extactis passim fortalitiis ac munimentis ad dictos 5. Lacus, ipsiusque Flumen S. Laurentij, quod ex iisdem Lacubus originem trahit, continent in sua potestate. Porro nova Francia jam ab anno 1611. à Missionarijs Societatis Jesu excoli cepta est, hodiéque ab aliis etiam Religiosis per latissimas illas Provincias Lex Christiana circumfertur, qui ferè suas stationes habent Quebeci, quæ est Metropolis novæ Franciæ, sedes Regij Gubernatoris, & Episcopi.

Florida Regio non ignobilis ad Austrum Sinui Mexicanu adiacet, eaque ab Hispanis anno 1549., & à Gallo anno 1562., rursusque ab Hispanis anno 1566. occupata est, exstructis utrinque fortalitiis, eoque conductis ex Societate Jesu, & Ordine S. Francisci aliquot missionariis tentata est indigenarum

narum conseruatis (tempore undevi Christiani in Florida) deinceps cura autem regum deinde detulerunt, hinc hujus Ameni, I. Azores sive Flaniero, Regi Lufianiz Catholicis habitatae, meli Tercera, in qua etiamatoris, & Episcopi, Insulæ sive Caribum; satrum jam supra mentionem minores autem sunt locorum potissimum Euanelli, Angli, & Baravi; quies Canibes Barbari Mætinent. In iis Galli sunt per suos Missionarios quipilicrom terrenum ducent. III. Insulæ Sinus Laurentij potestate Galli, qui etiam in Insula Terra colonias habent. IV. I. fornia, quam Dracu Navarchus anno 1577. de 162. Hispani spe plicatur unad eandem exercemus, quam tamen eam spe nullius defuerunt, ut indigenarum converto, electro jam inchoata erat.

In America Australi Terra firma, quæ etiam etiam, & ab urbe Granatense appellatur, ampliores urbes & oppida, excoluerunt, quorum aliquantum ruris destruerunt, utrumque edomandi via, quæ Christiana, si quam posside diffimerat, ex Europa identidem evanescat. In ordinibus

narum conversio, sed semper incassum: unde rei Christianæ in Florida procurandæ deinceps cura aut non fuit, aut certè fructum desideratum non tulit.

Insulæ hujus Americæ potissimæ sunt, I. Azores sive Flandricæ, novem numero, Regi Lusitaniae subjectæ, & à Catholicis habitatæ. Præcipua illarum est Tercera, in qua est Iedes & Gubernatoris, & Episcopi. II. Insulæ Antillæ sive Caribum; de majoribus earum jam suprà mentionem fecimus, minores autem sunt longè plurimæ, quarum potissimas Europæi, nempe Galli, Angli, & Batavi possident, reliquas Caribes Barbari Mexicanæ adhuc retinent. In iis Galli soli animarum curam per suos Missionarios gerunt, reliqui lucrum terrenum duntaxat ambiunt. III. Insulæ Sinus Fluminis S. Laurentij in potestate Gallorum sunt, qui etiam in Insula Terræ novæ suas colonias habent. IV. Insulam Californiam, quam Dracus Anglorum Navarchus anno 1577. detexit, anno 1682. Hispani spe piscaturæ Margaritarum ad eandem exercendæ occupârunt, quam tamen eâ spe delusi paulò post rursus deseruerunt, unâque desit indigenarum conversio, quæ non sine lucro jam inchoata erat.

### In America Australi.

IN Terra Firma, quæ etiam novum Regnum, & ab urbe Granata Regnum Granatense appellatur, Hispani complures urbes & oppida sensim exstruxerunt, quorum aliquot Barbari indigenæ rursus destruxerunt, & eorum furorem edomandi vix alias modus fuit, quam Christiana Religio: ad quam proinde disseminandam hodieque ex Europa identidem Missionarij ex varijs sacris Ordinibus evocatila-

borant, & novas colonias in omnem partem deducunt. Sunt autem in latissima hac Regione præter varios Religiosos Ordines quatuor Episcopi, & unus Archiepiscopus in urbe Granaten, quæ est regni Metropolis.

In Peruvium & vetus Regnum hujus Americæ primus Fidem Christianam anno 1529. intulit P. Vincentius de Valverde ex Ordine Prædicatorum in comitatu Francisci Pizarri, qui Regibus Hispaniarum hoc Regnum conquisivit, & primus gubernavit. Patri Vincentio paulò post in propaganda Fide Christiana complures ex eodem Ordine socij accesiæ, quorum aliqui deinceps in tam sancto opere etiam sanguinem vitamque posuere à Barbaris interfecti. Año 1536. ad hanc animarum messem venerunt Operarij ex Ordine S. Francisci, quos inter etiā S. Franciscus Solanus ob insignē Zelū, & admiranda, quæ patravit, dictus Peruvij Apostolus. Anno 1552. in Peruvium venerunt Religiosi ex Ordine S. Augustini, quos anno 1567. secuti sunt oīto Missionarij è Societate IESU, qui jūctis viribus potissimæ Peruvij partem Ecclesiæ Christianæ adjunixerunt.

Porro urbes in hoc Regno sunt sati frequentes & amplæ, earumque caput & Metropolis est Lima sedes Pro-Regis, & consilij Regij, unâque Archi-Episcopi, cui in toto Peruvio subsunt Episcopi suffraganei 5., & magnus Hispanorum, & indigenarum Christianorum numerus.

Chile versus Austrum: & ad idem Mare Pacificum subjacet Peruvio di-  
ves Regio cum aliquot urbibus non  
contemnendis, quarum Princeps &  
caput est urbs Imperialis, sedes Epi-  
scopi, qui cum alijs duobus toti Regioni  
in sacris præsidet: Gubernator autem

stationem suam habet in urbe S. Jacobi. Incolæ potissimi Hispani sunt & indigenæ Christiani. Supersunt tamen adhuc Barbari Araucani, qui transmontana inaccessa habitant, etiamnum Hispanis infensi & refraetarij.

Paraquaria vastissima Regio, in sex amplas Provincias divisa, à magno Flumine Paraquay, cui adjacet, nomen accipit. Ab anno 1586. Fidem Christianam cœpit edoceri: Jämque anno 1626. ingens multitudo indigenarum à Missionarijs Societatis in certas communitates (Reductiones ipsi vocant) erat distributa, cùm anno 1636. instigante malo dæmone ingens Mamaluccorum colluvies (sunt illi malè morati è Lusitanis & Brasiliis progeniti Christiani) Paraquarienses invasit, eorum oppida pagosque despoliavit, ipsosque habitatores captivos divendidit, aut in montes, & solitudines profugere coëgit. Duravit hæc persecutio aliquot annis, postquam profugi à Missionarijs iterato ad antiquas suas stationes revocati Christiano ritu vivere perrexerunt; quibus proinde adhuc anno 1690. ex Europa identidem aliquot Missionarij è Societate submissi fuere.

Enobiliaribus Australis Americæ Regionibus una est Brasilia, quæ anno 1501. sub auspicijs Emmanuelis Lusitanæ Regis ab insigni Navarcho Petro Caprale inventa est. Duxit autem tunc secum Capralis unum ex Ordine S. Francisci Seraphici Religiosum cum aliquot Sacerdotibus secularibus, quibus post aliquot tempus successerunt alij adhuc ex eadem Familia Religiosi; sed omnes planè miserijs ac Barbarorum insultibus tandem

consumpti sunt. Post annos 48. Ioannes III. Rex Lusitanæ cupiens res Brasiliæ collapsas instaurare, misit Thomam Sosam Navarchum cum 5. Religiosis à S. Ignatio suppeditatis, è quibus etiam unus & alter à Barbaris interfectus est. Pervicit tandem Lusitanorum & Missionariorum constantia, qua Fidem Christianam inter Brasilos stabiliverunt usque ad annum 1570., quo tempore infamis pirata Jacobus Soria Calvino addictus 40. Missionarios è Soc. IESU Brasiliam petentes in itinere maritimo ad unum omnes trucidavit, atque in Mare demersit. Tandem etiam Societas Hollandica anno 1624. rem Christianam in Brasilia graviter affixit, quando ductâ illuc classe expugnavit Metropolim S. Salvatoris, & subinde totam ferè Brasiliam suæ subjecit potestati, eamque divexavit usque ad annum 1654., quo tempore ejus iterum Batavis Brasilia ad legitimum suum Dominum & Catholicos rediit, & usque ad hanc tempestatem nostram constituit. Sunt in ea hodie unus Archiepiscopus cum duobus Episcopis suffraganeis & magno Christianorum Lusitanorum & indigenarū numero, qui in dies accrescit.

Supereft in hac America Australi vasta adhuc Amazonum Regio, item Guyana & Terra Magellanica ad Fretum hujus nominis, quæ à Christianis Missionarijs circa confinia alicubi tentatae, nunquam tamen expugnari potuere. Unde hodiéque in suis superstitionibus perseverant, donec divina miseratio etiam his Barbaris viam ad cœlum aperiat.

Atque hæc tandem est succincta totius Orbis Christiano - Catholici de-

Religion

delictio. Quæplura & e  
pœna delictat, legat Part

P R

Quæ cohære

Nudibatum est hodie connexâ esse cum Asia, & ea per modicu quendam latus latitudi est milliarium Ital Leucaru Germanicaru 31. Scholastis Rex Egypti perfidus est magnis impensis, sed Major est controversia gypis, an America, quæ Orbis terreni, alicubi cum Asia vel Europa. Regia, nunquam tamē ab aliis. Sed neque solo discurre, a evoluzione decidi res potest ab experientia, & ince satione fôris partium Globi quem habent ad invicem. Et veterum ac modernorum traditionibus conatus sum ei figura secunda Folij A.A.I de Geometricâ, qua nullum est aptior & magis oculo nempe positum. In polo Arcticô. Hac enim (quantumvis non sit e) longè tamen est sincerius, quiz ulla alia, cum Optica, quæ rerum nimil deformat. Fig. II. exhibentur quatuor, neque Europa, Asia, America, eo plene fitu ad invicem. Placitus à præcipuis Geogra phis. Testaturque maxima Europam Alzalbiam, per ingens terræ spatium, usq; ad Egitum. Ab Africa per Europam per Fretum, Hec

**D e s c r i p t i o .** Qui plura & enucleatiū exposita desiderat, legat Patrem Hazar-

tum, & nostram Geographicam Hierarchicam. Ad alia nunc transimus,

## P R O P O S I T I O II.

### Quæ cohærentia partium Globi Terraquei?

**I**ndubitatum est hodie, Europam connexā esse cum Asia, & hanc cū Africa per modicū quendā Isthmū, cuius latitudo est milliariū Italicorū 124., Leucarū Germanicarū 31., quem olim Sesostris Rex Ægypti perfodere conatus est magnis impensis, sed irrito conatu. Major est controversia inter Geographos, an America, quæ est quarta pars Orbis terreni, alicubi cohæreat cum Asia vel Europa. Res multū agitata, nunquam tamē ab ullo est decisa. Sed neque solo discursu, aut inani speculatione decidi res potest, quæ pendet ab experientia, & sincera exhibitione sitū partium Globi terreni, quem habent ad invicem. Eum igitur ex veterum ac modernorum Figuris & relationibus conatus sum exprimere in Figura secunda Folij A.A. Delineatione Geometricā, quæ nulla ad hoc præstandum est aptior & magis universalis, oculo nempe posito in ipso mundi polo Arctico. Hæc enim repræsentatio (quantumvis non sit exactissima) longè tamen est sincerior, & verosimilior, quàm ulla alia, cum primis verò Optica, quæ rerum figuras omnes nimiū deformat. In hac igitur Fig. II. exhibentur quatuor Orbis partes, nempe Europa, Asia, Africa, & America, eo planè situ ad invicem, quo haec tenus à præcipuis Geographis expressæ sunt. Testaturque manifesta experientia, Europam Asiam adhærente per ingens terræ spatum, uti patet ad oculum in Figura. Ab Africa separari Europam per Fretum Hercule-

um, nemo tam rudis est, qui nesciat et si non desint, qui cum Varenio, aliisque censem, Europam olim cum Africa fusse connexam, apertūmque Fretum illud Herculeum vi & impetu aquarum è Nilo ac Propontide in Mare Mediterraneum irruptum. Verum hoc ipsum probabile non est, quia Author naturæ omnia in Orbe terrarum Flumina ita sapientissimè dispositi, ut viam haberent non impediatam suo cursui, sed liberè in Mare defluerent juxta illud Eccles. I. *Omnia flumina intrant in mare. & mare nō redundat.* Nec emendare primum postea voluit, quod necesse emendandum fore antè prævidit. Quòd si tamen Mare Mediterraneū clausum voluisse natura, alio modo impedire potuisse, ne redundaret, quemadmodū impedivit Mare Caspiū, in quod influunt complura magni nominis Flumina, quod tamen non redundat, nec sua litora transcendent, sed per meatus subterraneos in Mare Eu Xinum, & inde in Mare Ægæum, & Mediterraneanum se exonerat. Igitur, quòd jam in ipso mundi exordio aper tum fuerit Fretum Herculeum, etiam hæc militat ratio; quia in creatione mundi natura eo cuncta dispositi modo, ut facilitaret communicationem inter mortales, idque fit præcipue per Maria & Flumina; idcirca uiraque pa sim insinuavit in interiora terræ & partes Mediterraneanas. Ejusmodi cumprimis sunt ipse Sinus sive Mare Mediterraneanum inter Europam, Asiam, & Africam: Sinus Arabicus inter Asiam, & Afri-

Africam: Sinus sive Mare Ægæum & Mare Nigrum itidem inter Asiam, Africam, & Europam: Sinus Mexicanus inter utramque Americam &c. Sed & magna Flumina ita disposuit natura, ut per ea commodus esset ingressus ad interiora Regionum amplissimarum. Ita sanè disposuit Nilum, & Nigrum in Africa: Flumen Paraquarium & Flumen Amazonum in America Australi, & Flumen Mefaschippi & S. Laurentij in America Boreali: in Asia verò complura sunt, quæ nata ex monte Imao, & Caucaso in omnem partem ex terræ Meditullio decurrent ad Oceanum: In Europa sunt Rhenus & Danubius, aliisque majora Flumina, quæ à partibus internis ad externas, & Maria diversa transeundi occasione præbent. Igitur providè admodum natura Europam ab Africa sejunxit, & incredibili commodo navigantium, & negotia exercentium Mare Mediterraneum Oceano commisit. Sed nunc etiam ad reliquias partes transimus,

Europa etiam separatur ab America per Mare Boreum sive glaciale, quod inde constat, quia Europæi quo annis magno numero per Mare Norwegicum ex Europa navigant ad montes Spizbergiæ ad capturam Balænarum, & per eas partes longè latèque discurrunt, nullibi tamen terram reperiunt, qua Europa cohæreat cum Spizbergia: sed nec adhuc certum est, an Spizbergia alicubi connexa sit cum Grœnlandia, & an Grœnlandia sit Insula, an verò sit conjuncta cum America in parte C. Nec denique certum est, an pars C. jungatur parti D. Rursus adhuc dubium est, an nova Zembla cohæreat cum Spizbergia, & licet cohæreat, nequid tamē constat, an post Fre-

tum Nassovium sive Weigatz nova Zembla juncta sit Tartaria Asiatica. Porro hujus ignorantiae causa est, quia Europæi ubique in his partibus Borealisbus tentarunt quidem transitum per Maria, Sinus, & Fretæ, nullibi tamen propter vehementiam frigoris & obstantem glaciem potuerunt perrumpere, unde neque certam aliquam relationem de ijs reddere.

Præcipuum adhuc dubium est, an saltem Asia connexa sit cum America, si enim hæ duæ partes sunt connexæ, tunc hoc ipso etiam reliquæ duæ partes per Asiam Americæ cohærebit: quacunque enim in creatis connectuntur cum uno tertio, etiam connectuntur inter se. Quod Asia conjuncta sit cum America, rursus nullum est probabile fundamentum: si enim conjunctæ sunt hæ duæ partes, tunc Tararia alicubi connexa est cum terra & Regno Anian, de quo tamen rursus certi nihil constat: sed neque scitur, an Insula California aut terra Anian cohæreat cum terra Societatis (vulgo Compagnie-Land) quæ partes à Lusitanis, Anglis, & Batavis, secundum oras Maritimæ detectæ sunt, & ab invicem distant facile 450. leucis Germanicis, sive 30. gradibus Æquatoris. Quod si verum esset, quod ante annos 30. etiam scripto impresso vulgatum est, nempe Batavos per Fretum Nassovium, & Oceanum Tataricum novam aperuisse viam ex Europa in Japoniam, eamque claram habere, & suis commodis per opportunam, tunc hoc ipso nulla esset inter Asiam & Americam connexio. Verum cum nulla hactenus experientia illud assertum confirmaret, haud immerito inter fabulas computari meruit.

Certi igitur nihil habetur de connectione Americæ, & Asiarum; cum neu-

tra fecundum junes Boreales, nupti deinceps f

P R C  
Varia Maris & C

Confunduntur hæc di

la Mare & Oceanus

Geographis & Nava

cini nomen non reperi

is

tra secundum partes Boreales plenè detecta, neque deinceps facilè detegenda sit: quia cestārunt causæ, ob quas olim ad has partes Boreales penetrārunt Europæ, videlicet spes lucri faciendi, aut certè viæ brevioris detegendæ ad opes conquireendas. Cùm verò in partibus Borealibus frigidissi-

mis opes nullæ, auri & argenti nihil uspiam comparuerit, sed nec transitus ad Indos, & Americanos obtineri possit, neutrum deinceps facilè tentabunt Angli & Batavi, quorum multi in hoc itinere investigando aut miserè periērunt, aut re infecta ad suos redierunt.

### PROPOSITIO III.

#### Varia Maris & Oceani divisio, & nomenclatura,

**C**onfunduntur hæc duo vocabula Mare & Oceanus etiam à Geographis & Navarchis. Oceani nomen non reperitur in sacris Literis, at solum nomen Maris Genef. I. Vocavit Deus aridam, terram, congregationesque aquarum appellavit maria. Oceanus vox Græcis usitata Poëtis, qui Patrem Nymphaeum hoc nomine compellabant. Latini per Oceanum intelligunt totius aquæ colluviem, quæ toti moli terrenæ circumfluunt: cuius primaria divisio fit secundum quatuor mundi plagas in 4. partes, quarum pars I. dicitur Oceanus Orientalis, sive Eous; quia situs est ad Ortum solis, non absolutè, sed respectivè, nempe respectu Europæ nostræ; nam hic ipse Oceanus, qui nobis Europæis Orientalis est, Americanis est Occidentalis, uti patet ex Figura II. Folij AA.

Pars II. Oceani dicitur Oceanus Occidentalis; quia nobis Europæis ad Occasum sita est, & in eadem nobis Europæis sol occumbit.

Pars III. Oceani vocatur Oceanus Australis sive Meridionalis, quo nomine venit totum illud spatium, quod ab Äquatore usque ad Polum Antarcti- cum extenditur.

Pars IV. Oceani vocatur Oceanus Borealis sive Septentrionalis, qui ferè à gradu 50. Borealis Latitudinis usque ad Polum Arcticum porrigitur. Atque hæc est vera & primaria Oceani divisio, altera & secundaria fit in Maria, quorum tot ferè sunt nomina, quot sunt Provinciæ & Regiones, quas Oceanus alluit. Alia adhuc nomina sortitur Oceanus à situ, conditionib[us]que, & proprietatibus. Ita Mare dicitur Mediterraneum sive internum, quia inter duas terræ partes sive continentes interfluit. Mare pacificum appellatur, quia nullus in eo ventorum ac fluūtuum conflictus aut tumultus. Mare glaciale vocatur, quia hyberno tempore magnam partem frigore astringitur, & congelatur. Alicubi Archipelagi nomen sortitur Oceanus, ubi certæ congeries Insularum reperiuntur. Ejusmodi est Archipelagus S. Lazari in Mari Eoo sive Orientali cum Insulis Indicis, Philippinis, &c. Item Archipelagus Græciæ in Mari Ägæo, cum Insulis Cycladibus, aliisque. Archipelagus Mexicanus ad sinū Regnūmq; Mexicanū cum Insulis Antillis & Caribum. Archipelagus Atlanticus in Mari Atlantico cum Insulis Canarijs, Hesperidum &c. Denique

que Sinus appellatur, ubi Oceanus intra terram se insinuat : Fretum dicitur angustus inter duas terras Oceani transitus.

Atque hæc præcipua sunt, & moderna Marium & Oceani nomina: veteres quoque ut varia, & propria ter-

ris, ita & Oceano nomina contribue-  
runt, inter quæ sunt Mare del Nort, &  
Mare del Zur, Lusitanis olim Navar-  
chis usitata; priori namque vocabulo  
Oceanum Borealem, posteriori Au-  
stralem compellabant, quæ hodie ta-  
men vix amplius in usu esse solent.

## P R O P O S I T I O IV.

## Terræ & Insulæ Boreales circumpolares.

Multa apud Geographos æquè ac Historicos circa has terras vera permixta falsis fabulisque reperies. Nos vero - similiora sclegimus, & in compendio hic referimus.

§. I. LAPPONIA.

**R**egio est amplissima & extrema Europæ ad Mare glaciale sita, atque Norwegiæ, Sueciæ, & albæ Russiæ ad Boream obiecta, eaque triplex, Danica, Suecica, & Moscovitica, sive Russica. Olim totus hic tractus videbatur in Finmarchiam, Schrickfiniam, & Biarmiam 150. Leucas Germanicas ab Ortu in Occasū extensus. Regio est frigidissima: unde arbores vix ibi aliæ præter Pinum, Betulam, & Abietem; frutera tamen varia cum primis Myrtus, Juniperus: muscus autem varius & copiosus pabulum Rangiferorum (animalia sunt à cervis haud multum diversa) quibus pro equis & vaccis utuntur Lappones: eoru namq; latete, carnib⁹, ac pellib⁹ utuntur, eoru inque subsidio ingentia itinera præfertim hyberno tempore conficiunt, suamque supellectilem, & tuguria, ac tentoria è piscium & ferarum pellibus concinata ab uno loco ad alterum deportant, ubi Rangiferis pabulum, & suæ vitæ alimenta ex piscibus ac ferarum carnis reperiunt. Viri ac fœminæ codem terè habitu vestiti incedunt,

quem solæ tamen fœminæ ex piscium & ferarum pellibus conficere solent, subuculas nempe, & caligas, quibus subinde etiam togam è panno laneo fœminæ superiniciunt, ditiores quidem rubri aut cœrulei coloris, pauperculi autem candidi. Superstitioni sunt Lappones ultrà, quām dici potest; ad suas divinationes certis utuntur tympanis, quibus inscriptæ sunt variæ rerum figuræ, rapiunturque à diabolo dementi in longas extases, è quibus ad se reversi futura annunciant tanquam præsentia. Religio Christiana etiam Schef-fero teste circa annum 1277. tempore S. Erici Regis Suecorum ad Lappones est delata, cui subinde defectu Sacerdotum Catholicorum sensim collapsæ anno 1559. Gustavus I. Rex Sueciæ sectam Lutheranam superinduxit, & primus à Lapponibus annua tributa exegit: utrumque deinceps continuârunt Regni successores, & præcipue Christina Sueciæ Regina exstructis hincinde in Suecica Lapponia templis.

§. II. SPITZ-

## §. II. SPITZBERGIA.

Polo Arctico proxima hæc est Europa pars portio sub gradu 78. Latitudinis, & ultrà constituta, ac Laponia opposita. Nomen accepit à montibus acutis, quod Germanis sonat vocabulum Spitzberg: tractus enim est montium altissimorum ab Occasu in Ortum & ab Austro in Boream porrectus incertæ adhuc extensionis. nihil in eo crescit, præterquam muscus, & circa solsticium æstivum herbæ aliquot, quæ ex stercore avium sylvestrium & aquatilium ad litora commorantium progerminant. Animalia, quæ hæc reperiuntur, ferè amphibia sunt; equi, lupi, vitulæ, & ursi Marini iidemque plerique candidi. Rangiferi soli inter montana vagantur musco ad multam pinguedinem nutriti. Hos montes anno 1596. reperisse dicuntur Baravi, quando ad Chinam & Orientales Indias transitum quærebat, eumque hodie quotannis mense Majo cum alijs Europæis frequentare solent ad capiendas Balenas, quæ æstivo tempore ex Oceano Australi ingenti numero ad vitandos calores circa Grænlandiam & hos Spitzbergiae montes convenient.

Porro ut hyeme ad hæc montana est frigus propè intolerabile, & plerumque in medium usque Junium extensem, ita post solsticium æstivum æstus adeò vehemens est, ut pinguedinem, quam ex Balenis intra sua navigia repositam asservant nautæ, instar olei liquefaciat: eo namq; tempore cessant nives, grandines, & venti Boreales frigidissimi, quos nautæ in suo itinere à mense Majo continuos experiuntur, unâque glacié infestam, quæ ante solsticium a calore solis resolvi-

tur, & à ventis Borealibus versus Austrum ingenti vi propellitur. Historiam ejusmodi navigationis annuæ ad has partes, ipsamque pescandi rationem semel iterumque typo expressam vulgarunt Hamburgenses anno 1671., qui & ipsi huic Balenarum pescationi intervenire solent, quarum quot annis magna copia capit, quas inter aliquæ 160. pedes, nec raro etiam 200. longæ reperiuntur.

Illud omnino mirum est, quod, et si tanta multitudo navium hominumque quot annis hoc in loco convenient, nemo tamen ullus hactenus exploraverit, an Spitzbergia sit Insula, an verò continens magna usque ad Polum, vel ad Ortum, aut Occasum longius porrecta.

Mihi quidem Insulam esse hoc argumento suaderi posse videtur; quia, cum natura in hac mundi structura nihil supervacaneum statuerit, non appetet, quem finem habiturum esset ingens illud terræ spatium hoc loco constitutum, utpote quod nemo mortalium ob immane frigus habitare, nec commodi aut emolumenti aliquid inde accipere poterat: fatis autem erat Insulam quandam hæc statui, quæ nubibus ventorū impetu huc fortè delatis commodum alicubi portum, & opportunitatem pescatoribus æquè ac pescibus stationem ad certum tempus suppeditaret.



## §. III. Islandia Insula, &amp; veterum ultima Thule.

**A**uthores complures de hac Insula scripserunt; ex ijs fuere Dietmarus Blefkenius praedicans Lutheranus, qui Islandiam præsens inspexit anno 1564., & Arngrimus Jonas etiam natus Islandus, qui anno 1610. tribus libris hanc suam Patriam descripsit, eamq; in ipso circulo Arctico constituit. Detecta primò creditur Insula circa annum Christi 874. à quadam Ingulfo nobili Norwego, qui Tyrannidem Regis sui Haraldi fugiens in Islandiam fortè ex fama notam delatus est, secumque complures conterraneos in eandem stationē postliminio attraxit. Insula sat ampla circuitu suo ultrà 288. Leucas Germanicas complectitur, plena montibus, quos intermons Hecla Vulcanus & Helga eminent. Arbores vix alias gignit Islandia præter Betulas, pascua tamen pinguis, & magnam equorum, ovium, pecudumque copiam; unde & lacte, butyro, & caseis abundat, cum primis verò piscium multitudine, quos indigenæ plerique piscautores è fluminibus ipsoque Mari capiunt, ventoque inducidos cum exteris pane, vino, cerevisia, variisque supellestili permutant, cùm monetā, & auro, argentoque sint destituti. Urbes nullæ sunt in Insula, cùm plebei ut plurimum in cavernis & locis subterraneis habitent propter immanes ventorum fatus. Ditiore domus suas exstruunt ex ligno, quod teste Blavio Lubecenses, Hamburgenses, & Rostochienses quot annis eò deducunt. sunt tamen non pauci, qui etiam domicilia sibi fabricant ex ossibus Balenarum, è quibus etiam alia utensilia scitissimè, & ad sp'endorem

usque elaborant. Vestitus idem ferè viris foeminisque è panno, quem ipsi rudem contexunt; ab exteris tamen meliora accipiunt ditiore, qui magis splendidè incedunt. Avita Christiana Religio ab Olao Rege Norwegiæ (qui eam sibi subjecerat) in Islandiā introducta est circa annum Christi millesimum, & deinceps semper à duobus Episcopis Catholicis gubernata est usque ad annum 1558., quo tempore teste Arngrimo, Christianus III. Rex Daniæ & Norwegiæ in sua Regna, & hanc Insulam Lutheri sectam induxit, ejusq; inde Episcopis Catholicis, & novem Monasterijs utriusque sexūs profanatis, siisque fisco & secularium usui attributis. Solent Islandi non secus ac Lappones dæmonum fraudibus inducti ventos exteris divendere, alijsque suis superstitionibus vacare. Distat Islandia à Nowegia Lecuis Germanicis 150., à Grænlandia fortè 90. Hæc Insula passim ab authoribus Thule appellatur: inter veteres quidem sunt Strabo, Plinius, Livius, Tacitus &c., inter modernos autem Cluverius, Mercator, Morerus, Baudrandus, aliquique. Verum hanc opinionem inde rejiciunt aliqui, quod Islandia primùm habitari cœperit anno 874. (ut modò dictum est) Thule verò jam tempore Romanorum, & ante Christianum cognita fuerit. sed non desunt Insulæ priùs ab Europæis cognitæ, antequam ab ullo essent habitatæ (præsertim in America) è quibus si fuisset Islandia, potuisset illa nihilominus dici Thule, et si priùs fuisset cognita, antequam habitata. Comdenus tamen Geographus Anglicanus Thulem credit

dit

dit est Shetlandiam, quæ inter Orcades & Islandiam interjacet, quòd ho-

diéque à nautis vocetur Thylensel, quod idem illis sonat ac Thule-Insula.

#### §. IV. GROENLANDIA.

Ingens terræ spatiū ab ipsa ferè Spitzbergia tractu longissimo ab Oriente in Occidentem & versus Americam extensa, in duas partes hodie dividitur.

**P**ars I. Vetus Grœnlandia vocatur & Orientalis; pars altera dicitur nova Grœnlandia, eadēque Occidentalis. Vetus Grœnlandia detecta creditur à quodam Forvaldo nobili Norwego, qui ob patratum homicidium è patria cum filio suo Erico rufo in Islandiam fugit, & ex hac vita ibidem decessit, relicto Erico filio superstite, qui nec hilo melior Patre suo, patrato & ipse homicidio ex Islandia profuge coactus terram novam, quam ab Islandia versus Boream haud longè dissitam inaudierat, indagare constituit. Igitur consensa navi haud multo pòst tempore ad Insulam delatus est Grœnlandiæ vicinam, quam à suo nomine vocavit Ericsun, hoc est, Erici Insulam, in qua etiam triennio hybernavit; inde verò per astatæ in Grœnlandiam transgressus binas stationes construxit, quas Westerburg, & Ostroburg appellavit. Post hæc in Islandiam reversus cùm terræ novæ à se inventæ dotes Islandis multùm commendâsset, multos eorum induxit, ut se, suaque illuc transferrent; ipse verò cùm filium suum Leiffe, quem secum in Islandiæ deduxerat, ad Regem Norwegiæ Olaum Truggerum ablegâsse, in Grœnlandiam reversus est, quòd anno ferè exacto, etiam filius jam Christianis sacris, Rege admittente, initiatus cùm uno Sacerdote redijt, & subinde parenti, cæterisque indigenis Grœnlandiæ Fidem Christianam per-

suevit; quod juxta diversas Relationes & Chronica circa annum 982. evenisse credibile est, quo tempore necdum Christianam Fidem Islandia receperat.

Successu temporis, & aucto jam incolarum numero urbes duæ exstructæ sunt in Grœnlandia, una in parte Orientali, caque dicta Garde, ubi sedes erat Episcoporum & templum Cathedrale S. Nicolai, quorum successores omnes enumerat Arngrimus Jonas in suo specimine Islandico usq; ad annum 1389., quo tempore ultimū eorum, Henricū nomine, Dietæ sub Margarita Daniæ & Norwegiæ Regina in Finlandia celebratae præsentem fuisse testatur Chronicón Danicum, in quo etiam refertur, Andream quendam ab Eskido Drontheimensi Norwegiæ Metropolitano anno 1406. dicto Henrico Gardensi Episcopo successorem in Grœnlandiam missum, de neutro tamen deinceps notitiam aliquam inde relatam.


Urbs altera in parte Occidentali ædificata dicta est Alba, à qua unius aut alterius diei itinere abfuit celebre illud Monasterium S. Thomæ, de cuius structura & conditione mira retulit ejusdem Monasterij Monachus, quæ in sua historia recenset Blefkenius & Arngrimus; de Episcopis autem urbis Albae neuter meminit, Ad utramque hanc urbem, & veterem Grœnlandiam olim Daños & Norwegos commercij causâ frequenter navigâsse, & Grœn-

landis ac indigenis varia vitæ subsidia intulisse, sed & præter tributa Norwegiæ Regibus pendi quot annis solita et iam multum butyri, caseos, pisces, & ferarum pelles inde retulisse testantur Chronica, & passim antiquiores Geographi. Atque hæc vetus Grœnlandia jam ab anno circitet 1400. à nautis & Navarchis ignoratur, & quæritur, at non amplius reperitur.

Porro causam hujus plerique Authors haud immerito in glaciem conjiciunt, quæ quot annis his terris circum polaribus hyberno tempore identidem accrescit; & siquidem hyenes aliquot succedant solito severiores, tanto etiam glacies in molem majorem augetur, & instar montium accumulatur, quæ deinceps nullo amplius sole liquefieri, aut dissolvi potest. A trecentis igitur ferè annis hæc vetus Grœnlandia jam delituit, nec ab ullo hac tenus reperta scitur, et si à diversis nautis & Navarchis inquisita fuerit. Anno namque 1577. Martinus Forbischer ad eam indagandam ex Anglia solvit: cùmque diuinitùs ultra Norwegiam Mare Boreale percurrisset, tandem ad Occidentem conversus fretum quoddam ad novam Grœnlandiam detexit; freto quidem tunc nomen suum imposuit, sed ingruente jam hyeme in Angliam redivit. Altero igitur anno sub auspiciis Elisabethæ Reginæ cum tribus navibus reversus ad priorem locum Forbischer reperit magnam multitudinem Barbarorum, qui habitu, statura, moribuscque Lapponibus perquam similes adduci nequaquam potuerunt, ut cum Anglis familiariū agerent, aut mercimonia permutarent: quin quòd uno eorum ab Anglis intercepto adfuit repente integer illorū exercitus sagittis, fundisque

armatus, qui tamen explosis sclopis ac tormentis territus dissipatúsq; amplius non comparuit; unde re infecta Forbischer cum suis in Angliam rediit. Anno subinde 1605. & duobus sequentibus iteratam classem cum aliquot navibus ad eandē novam Grœnlandiam submisit Christianus IV. Rex Daniæ, cum quibus pau'ò familiariū egere Grœnlandi; unde iteratis vicibus aliquot ex iis in Dаниam, licet invitati, abducti sunt, ubi semel iterumque profugi, rursusque retracti tandem mœrore, & patriæ suæ desiderio contabuere. Eadem navigationem deinceps ab anno 1636. prosecuta est societas Grœnlandica sub auspiciis Regum Daniæ, cámque adhuc continuari testatur quædam Relatio ante annos 20. ferè Norimbergæ in lucem edita.

An verò tanta hodie cura sit Christianæ Fidei in novam Grœnlandiam introducendæ, qualis olim fuit Regum Daniæ & Norwegiæ, cum primis verò Romani Pontificis in convertenda Grœnlandia veteri, equidem veherenter ambigo: certè hoc posterius constat ex Bulla Gregorij IV. ad S. Ansgarium Hamburgensem Archiepiscopum, & Daniæ Apostolum scripta, item ex Copia cuiusdam Bullæ Pontificiæ in quodam Chronico Danico repertæ, qua Archiepiscopus Bremensis constituitur caput Borealium Ecclesiarum, nempe Norwegiæ, Islandiæ, & Grœnlandiæ, ut hæc ipsa tradit paulò antè memorata Grœnlandia Descriptio anno 1679. Norimbergæ edita, quæ tamen de Christiana Fide in novam Grœnlandiam introducta nec verbo quidem mentionem facit, unde tot animæ in nova Grœnlandia repertæ, Christi Sanguine redemptæ







ya.  
m.  
ne  
us  
s,  
m  
i-  
z-  
a  
l.  
>,  
r.  
z.  
is  
z-  
?  
c  
l-  
s.  
l.  
z-  
t-  
z-  
z-  
z-  
z-  
z-  
z-  
z-  
z-  
A

*E*s hac terra à gradu 7  
dinis ad 77. verius Pol  
com porrecta, & Ostio O  
fumia, & Samojedorum P  
o, à qua modico tenui  
Nasovio ( vulgo Waigat )  
z. A plerisque Insula cred  
ib haec forma etiam à moder  
graphis exprimitur. Primo  
est nova Zembla à quodan  
Iephanio Borroveo anno 15  
nigis subinde explorata ab  
anno 1596. quando feme  
re ac tertio conati sunt per  
suum aperire novam v  
nam & Japoniam, verbi  
expediti sunt à glacie, quz  
in istas accumulata naves  
adhuc, & nautas in nova Z  
embla coegerit anno 1597 ex  
gradiu 76. Latit. domicilio e  
Mare aliunde advecta op  
eris in hoc loco & suo erg  
enim 15. per mentes fer  
quemque conficitur lunt cur  
pore nissimo, quod omnem  
cum & ignem superavit, ce  
sa & via viam generosissi

deemptæ hodie intereunt, cùm Roma-  
na Ecclesia ijs in partibus opem ferre  
miseris non possit, & nemo alias repe-  
riatur, qui velit.

Ut autem hactenus dicta clariū  
intelligantur, duæ inspiciendæ sunt  
Figuræ, nempe Figura Folij Z. I. ex-  
hibens omnes Regiones circumpolares  
cum Grœnlandia, qualem ut Insu-  
lam designavit Blefkenius, qui tamen  
ordinem duarum urbium Gardæ, &

Albæ invertit. Altera Figura est III.  
Folij A. A. in qua Grœnlandia propo-  
nitur conformis Historiæ, quæ urbem  
Gardensem Orientalem, Albam ve-  
rò Occidentalem ponit. Præcipui au-  
tem Authores Grœnlandiam Insulam  
faciunt, non autem continentem  
cum Spitzbergia, aut America con-  
nexam, quæ opinio etiam mihi pro-  
batur ob rationem paulò antè circa  
Spizbergiam traditam.

### §. V. Nova Zembla.

**E**st hæc terra à gradu 70. Latitu-  
dinis ad 77. versùs Polum Arcti-  
cum porrecta, & Ostio Obij magni  
fluminis, & Samojedorum Patriæ ob-  
jecta, à qua modico tantùm fredo  
Nassovio ( vulgo Waigatz ) dirimi-  
tur. A plerisque Insula creditur, &  
sub hac forma etiam à modernis Geo-  
graphis exprimitur. Primò inventa  
est nova Zembla à quodam Anglo  
Stephano Borroveo anno 1556., &  
magis subinde explorata ab Hollan-  
dis anno 1596. quando semel iterúm-  
que ac tertio conati sunt per fretum  
Nassovium aperire novam viam in  
Chinam & Japoniam; verùm sem-  
per impediti sunt à glacie, quæ mon-  
tium instar accumulata naves eorum  
conclusit, & nautas in nova Zembla  
hybernare coëgit anno 1597. exstructo  
sub gradu 76. Latit. domicilio è lignis,  
quæ Mare aliunde advecta opportu-  
nè ad litus evolverat. Substiterunt  
igitur in hoc loco & suo ergastulo  
viri omnino 15. per menses ferè 10.,  
quo tempore conflictati sunt cum fri-  
gore sævissimo, quod omnem ferè  
focum ac ignem superavit, cerevi-  
siam & vina etiam generosissima in

glaciem vertit, & omnem jis saporem  
ademit. Præterea pugnandum iis iden-  
tidem fuit cum vrsis albis, monstris  
marinis, morbis insolitis, & cum ipsa  
tandem aura & atmosphæra, quæ  
adeò subinde densa fuisse dicitur, ut  
horologio motum ademerit, ipsis au-  
tem viventibus respirandi facultatem  
interceptura omnino videretur. Ter-  
ni tot malis cessere mortui, & inter ni-  
ves sepulti, reliqui 12. utcunq; affli-  
cti Amstelodamū redierunt 29. Octob.

Illud hic notatu dignum est, quod  
nautæ experti asserunt, nempe majus  
esse frigus, & glaciem longè frequen-  
tiorem in partibus novæ Zemblæ,  
quàm in ipsa Grœnlandia, cùm tamen  
hæc non minùs, immo magis ad Po-  
lum Arcticum accedat, quàm illa; præ-  
terea tempore aestivo ad Grœnlandiæ  
litora reperiri pascua sat pinguis ( à  
quorum virore etiam nomen Grœn-  
landiæ obvenisse creditur ) cùm è con-  
trario nova Zembla etiam media æsta-  
te nive sepulta rigeat, nec herbas nec  
animalia domestica ferat. Porro hu-  
jus differentiæ causa alia non est, quàm  
venti Australes, qui rectâ & sine im-  
pedimento ad Grœnlandiam usque  
aspi-

aspirant, non item ad novam Zemblam, utpote quibus aditum tota Asiae continens intercludit, uti ad oculum patet contemplanti Figuram II. Folij A. A. Fruitur hoc eodem beneficio naturae etiam Anglia, quae et si magis ad Polum accedit, quam utraque Germania, mitiori tamen aurâ gaudet & pascuis longè felicioribus.

Inter Insulas Boreales paulo maiores à quibusdam Geographis antiquis ponitur etiam Frislandia; sed perperam: nemo enim de hac Insula

ex modernis nautis & Navarchis mentionem facit, qui tamen identidem per ea Maria, ubi hæc Insula statuitur, jam olim hodiéque navigando discurrent. Hieronymus Megiserus in Libro, quæ Septentrionem Nov-Antiquum inscribit, hujus Insulæ typum, unâque descriptionem prolixam multis figuris refertam tradit, & nobili familiæ Venetæ Zenorum hujus Insulæ inventiōnem in fabuloso quodam commento adscribit. Vide de hac Insula Folium Z. I. propè Islandiam ad sinistram.

### §. VI. Terra Jedso, Terra Societatis, & Fretum Anian.

Terra Jedso, alijs Jesso, ad Orientem penultima est, eaque necdum sati cognita, unde litis occasiōnem movit Geographis. Alijs annexa videtur orientali Tartariæ: alijs separata creditur. Aliqui volunt esse annexam Japoniæ: alij esse distinctam ab ea. Quod à Tartaria distincta sit, inde probabilissimum sumitur argumentum, quia non scitur Japoniam aliquando fuisse tentatam, aut occupatam à vicinis Tartaris Orientalibus; cùm tamen illi vicinum ac potentissimum Imperium Chinense sèpiùs invaserint, hodiéque occupatū teneant in sua potestate, non obstante famoso illo, ac fortissimo muro tot armatis militibus custodito; quantò magis & facilius expugnassent illi Japoniam distissimam, magnitudine & potentia multùm Chinâ inferiorem, si Mare non intercessisset, quod securior, magisque munita Japonia, quam muro suo Chinense Imperium; quantò enim potentiores magisque formidabiles Tartari sunt in Terra, tantò debiliores, minùsque exercitati sunt milites in

pugna maritima. Quod verò Terra Jedso annexa sit Japoniæ per modicum quendam Isthmum, affirmat P. Ricciolus in sua Geographia Reformata, & indubitatè asserit tribus in locis Arnoldus Montanus in Mappa Japonica, quam ipse allegat in Descriptione Legationis à Societate Hollandica anno 1649. in Japoniam institutæ; ubi multis perstringit P. Petrus Mafffeum & Philippum Cluverium, quod nimium disconveniant cum P. Ludovico Froes in statuenda distantia, quæ est inter Meacum Metropolim Japoniæ, & Matsumai Metropolim Terræ Jedso. Froes namque eam ponit milliarium 300., Maffeus 200., & Cluverius 150., tot nimirum, quot reperiuntur (non in via recta, sed obliqua, & qualis itinere terrestri peragitur) in Mappa Chorographica Japoniæ, quam inde in Europam submiserunt Patres Societatis JESU, & Pater Ginarus suo Xaverio Orientali, & Nicolaus Samson suo Atlanti minori ad amussum inseruit, verum rem perperam intellexit Montanus, nec animadvertit,

it, differentiam Authorum  
civitas distinam, fed esse  
parte diminutæ accepta  
is neque (uti prudenter  
not) intellexit Leucas, se  
in Germanica 150. Maffe  
ianica, & Froes 300. Ja  
sim (ut habet Mappa Ja  
sonia gradus æquatoris, si  
Germanicas quindecim rel  
o. milliaria Japonica, tunc i  
z Germanicas confacent  
iponicas 300. unde jam nu  
risa Cluverius à Parre Fro  
fui 15. Leucas Germanicas  
de 20. Lusitanicas (uti de  
Chara Japonica) tunc 15  
z Germanicas respondent  
ianicas, & consequenter  
o. Japonicas: ergo nullam pe  
tentiam committunt tres di  
tores, quod perperam assert  
anus.

Pero quanta sit, & qu  
sis Boream se extendat ha  
Jedo, factis adhuc incertu  
gradu 47, ad gradum 50. c  
novere creditur. Versus C  
un fratre Utrifano, vulgo S  
ries, dirimitur à Terra Soc  
niatum autem fretum obt  
la Statuum Hollandiz vulgo  
Sland. Esi verò Japonia an  
tre Jedso, nihilominus e  
parte ita sèle Mare infinitu  
num via 24 milliaria Japo  
num relinquit; atque hos i  
am Isthmus admodum mor  
e. Non difficiliter inveni  
un posse. P. Ludovicus Fe  
tioriana, Jesu Anno 158  
to dicimus Ubi Sungar (aq

tit, differentiam Authorum non esse circa distantiam, sed esse circa millaria diversimodè accepta; Cluverius namque (utì prudenter præsumitur) intellexit Leucas, seu millaria Germanica 150. Maffeus 200. Lusitanica, & Froës 300. Japonica: si enim (ut habet Mappa Japonica) uni gradui Äquatoris, sive Leucis Germanicis quindecim respondent 30. millaria Japonica, tunc 150. Leucæ Germanicæ confident Leucas Japonicas 300. unde jam non differt re ipsa Cluverius à Patre Froës. Rursum si 15. Leucæ Germanicæ respondent 20. Lusitanicis (utì denuo docet Charta Japonica) tunc 150. Leucæ Germanicæ respondebunt 200. Lusitanicis, & consequenter etiam 300. Japonicis: ergo nullam prorsus differentiam commisere tres dicti Authors, quod perperam asserit Montanus.

Perro quanta sit, & quo usque versus Boream se extendat hæc Terra Jedso, satis adhuc incertum est. A gradu 47. ad gradum 50. circiter excurrere creditur. Versus Ortum tamen freto Urisiano, vulgò Straet de Uries, dirimitur à Terra Societas, medium autem fretum obtinet Insula Statuum Hollandiæ, vulgò Staten Eyland. Etsi verò Japonia annexa sit Terræ Jedso, nihilominus ex utraque parte ita sese Mare insinuat, ut Isthmum vix 24. millaria Japonica longum relinquat; atque hos sinus utrinque indigenæ navigijs trajiciunt, cum Isthmus admodum montosus & asper difficilem itinerantibus viam præbeat. P. Ludovicus Froës Missionarius Soc. Jesu Anno 1565. ex Japonia per sinum, sive fretum modò dictum ex Urbe Sungar (à qua

sinui nomen obvenit) trajecit in Terram Jedso, in qua aliquanto tempore commoratus reperit homines admodum barbaros absque omni notitia, cultuque veri Numinis, & moribus, habituque Tartaris haud multum absimiles, qui lingua utuntur propriâ, eaque barbarâ, cujus notitiâ, usique destitutus Pater Froës reverti coactus est in Japoniam, ubi & vitam pro Fide Christiana inter tormenta posuit.

Ad Ortum Terræ Jedso objacet Terra Societas, vulgò Compagnie Land, quæ freto Urisiano à Terra Jedso dirimitur. Illius primi inventores fuere Lusitani, eamque subinde iteratò detexerunt Batavi, at circa littora tantum. Sunt, qui arbitrantur, hoc totum spatium usque ad Polum esse terram firmam, & continentem magnam ex Asia in Americam usque porrectam; sed ad quid tanta terræ portio ob frigoris sævitiam sanè inhabilitis, hucusque mortalibus incognita, & inutilis? Rectius proinde sentiunt, qui hanc Terram Societas Insulam credunt, reliquum autem spatium ab hac Insula usque ad Terram Anian longè latèque expansum esse Oceanum Hyperboreum: an verò hic ipse Oceanus, qui inter Terram Societas, & Regnum Anian fluctuat latissimus, sit ipsum fretum Anianum (satis utique impropiè dictum) an verò adhuc alia sit Insula intermedia, vel terra firma, quæ fretum Anianum ab Oceano se jungat, hactenus nemo definit. Vide de hoc Folium

A. A.

H

PRO.

## PROPOSITIO V.

## Tartaria Asiatica magis detecta, atque correcta.

**E**st Tartaria Asiatica ingens terræ portio, quæ versus Boream terminatur ad magnum Borealem Oceum, cui etiam nomen contribuit. Versus Austrum montana Tibetica & Indiam utramque contingit. Ad Ortum habet Mare Eoum, Terram Jedso, & Societatis. Ad Occasum adjacet Albæ Russiae, Moscovia, & Mari Caspio. Hoc, inquam, amplissimum terræ spatium (ubi olim celeberrimum illud Magni Tartarorum Chami erat Imperium, hodiisque sunt tot Regiones, Provinciæ, & Nationes diversæ, cum quibus non raro certandum duobus Asiae potentissimis Imperatoribus, nempe Magno Mongoli & Chinensi) circa Annum 1584. regnante M. Moscovia Duce Fœdor Ivanowitz cœpit innotescere, & in lucem venire; eâ namque tempestate quidam Anica dives Moscovia agriculta haud procul urbe Soil habitabat ad flumen Witsogda, quod centum inde Leucis in Dunâ influit, qui cum vidisset Samoiedos, Siberitas, ali osque peregrinos populos quotannis per flumen Witsogda ventitare in Moscoviam, & in urbibus Osoyla & Ustiuga suas merces, nempe pretiosas animalium pelles permutare cum mercibus Moscovitarum, cuius hominem incessit pernoscendi, unde & è quibus Provincijs hi peregrini mercatores suas divitias asportarent. Igitur cum ijsdem familiai agere, & certos contractus inire primò cœpit: deinde è sua familia, quam copiosam numerabat, quosdam ijs comites adjunxit, qui locorum, ho-

minumque conditionem explorarent. Redierunt postliminio exploratores, & singula, ut jussi erant, ad amissim retulerunt; quibus mox alios Anica substituit, eosque ex sua familia confidentissimos, qui aciculis, cultellis, speculis, securibus, granis vitreis, aliisque levis momenti reculis instructi ad Samoiedos, atque inde longius & usque ad Obyum flumen magnum protegessi, & conquisitis undique à Barbaris pretiosis ferarum pellibus onusti ad suos in Moscoviam redierunt. Ita annis multis secretam hanc mercaturam exercebant Anicani, indéque magnis divitijs locupletati multa sibi bona & dominia procurabant, in quibus insignia aliquot domicilia, & templo magnifica etiam ex quadrato lapide exstruxerunt, non sine admiratione, & displicentia vicinorum, quibus hæc Anicanorum pompa & opes suspectæ esse cœperunt. Non latuit hoc ipsum Anicanos; unde ut sive fortunæ bene consulerent, in Aula patrocinium querere statuerunt.

Erat eo tempore Boriz Godenovius supremus Magni Ducis adhuc juvenis Moderator, & Aulæ Praefectus: hunc igitur accessere Anicani, eique exposuere totius Siberiæ & Samoiediæ statum, & divitias inde conquirendi modum, dissimilatis interim ijs proventibus, quos aliquanto tempore copiosos inde ipsi receperunt. Audijt singula Borisius, & ad Magnum Ducem retulit, à quo etiam totius negotij bene gerendi imperium accepit. Igitur Borisius illico legationem adornavit, cui præfecit quosdam nobiles

Tartaria Asiatica  
biles cum una alterave cohæsum, atque his adjunxit Anicano, qui novas Regiones invenient, & singula sunt ad Aulam referent. in strenue gessere, & tum in munericibus Barbarorum persuaserunt, ut M. Duce in haud sive acceptantur tributa, duas nempe per solas in singula capita adpro Rebus ita prosperè gestis leges superato Obyo humine centauria longius ad Oglafarias Nationes, cùsque burs & Lapponum more vobebenderunt. Tandem pata ingentia terrarum sparsa compluta magni nomina, abductis fecerunt aliquot in indigenis, qui bandinabantur, legati in Moscovia reveri.

Hactenus tere Hieronymus in Septentrione Noro, quæ omnia cum ratione in accurate obseruent, & uniuersum circumstantias aduaneant, fidem mereti vice hoc fuit primum dominico versus Ortum ac Bozoyendo initium, quod deinde passim ad precipua sunt ac munitamenta quampliatum eoque promoverunt Molcovia Duces, ut possunt Tartariæ Regiones ad flumen fluminum Obyi, Jenissei, & Lenz ipsas, & usque Mar Orientale, atque ad Imperium confinia sua potestati subvenia, & terminalis belli occasio inuenientis & Molcovitas, d.

biles cum una alterave cohorte militum, atque his adjunxit quosdam Anicanos, qui novas Regiones curiosè inspicerent, & singula accurate notata ad Aulam referent. Legati rem strenue gestere, & tum verbis tum munieribus Barbarorum animos eò persuaserunt, ut M. Ducis imperium haud ægrè acceptârint, & annua tributa, duas nempe pelles pretiosas in singula capita ad promiserint. Rebus ita prosperè gestis legati deinceps superato Obyo flumine ultra ducenta milliaria longius ad Ortum progressi varias Nationes, easque ferè barbaras & Lapponum more vestitas deprehenderunt. Tandem post peragata ingentia terrarum spatia, & detecta complura magni nominis flumina, abductis secum aliquot locorum indigenis, qui haud inviti sequebantur, legati in Moscoviam sunt reversi.

Hactenus ferè Hieronymus Megererus in Septentrione Novantiquo, quæ omnia cùm rationem temporis accurate observent, & rerum locorumque circumstantias ad amissim teneant, fidem mereri videntur. Atque hoc fuit primum dominio Moscovitico versus Ortum ac Boream promoyendo initium, quod deinceps exstructis passim ad præcipua flumina urbibus ac munitimentis quamplurimis stabilitum eosque promoverunt Magni Moscoviae Duces, ut potiores Borealis Tartariæ Regiones ad magnorum fluminum Obyi, Jenisceæ, Pisiidis, & Lenæ ripas, & usque ad Mare Orientale, atque ad Imperij Sinenis confinia sua potestati subjeccint. Inde nata est tandem illa controversia, & triennalis belli occasio inter Sinenses & Moscovitas, de quo

P. Joannes Franciscus Gerbillonius in literis Anno 1689. ex urbe Tartariæ Nipchou ad P. De la Chaise datis, quorum initium huc appono.

Mosci per vastas Scythiaæ Regiones ita paulatim dilatavere imperium, ut tandem in Sinenses Tartaros incidint, & in quadam asserta ab his Provincia ductis colonijs, ædificatique munimento Sabellinorum murum venationem sibi vendicare cœperint. Unde ortu est triennale circiter bellū, non quidem grave aut cruentum; munimentum tamen bis à Sinensibus dirutum est, & bis à Moscis refectum. Tandem cùm tertium obsideretur, & parùm à deditio[n]e abesset, Legatus Magnorum Ducum in Aulam Pechinensem venit, nuncians, mox Plenipotentiarios in finibus affore tractandæ pacis, & limitum determinandorum causā. Id gratu[m] Sinensisbus fuit, qui hactenus exercitu opus habuerant, ut se opponerent progradientibus Moscis, quos constabat propè Provinciam Leaotung venisse, & in ipso litore Orientalis Oceanii ex adverso Japaniae colonias locâsse, quas Chinenes dissipavere. Hactenus literæ scriptæ à P. Gerbillonio, qui unâ cum P. Thoma Pereiro Lusitano jussu Sinenis Imperatoris, Legatis Sinensis cum Moscis de pace acturis, interpretis vices egit.

Hactenus dictis multum lucis superaddit ipsa legatio Moscovitica, quam sub auspicijs M. Moscoviae Ducis Petri Alexowiz Anno 1691. duxit D. Isbrandus, cuius iter, ac gesta postea typo vulgavit Adamus Brand, qui præfens legationi interfuit, & vastissimæ hujus Tartariæ Asiaticæ statum & conditionem, quam Moscovitæ usque ad seculi elapsi finem clam semper habuere,

buere, in dilucido suo itinerario luculentemente detexit; cum quibus tandem fatis consentit ea tabula Geographica, quam clarissimus D.Nicolaus Witzen Consul Amstelodamensis post 20. annorum labores in lucem edidit, & moderno M. Moscoviæ Duci inscripta. Etsi verò nonnulla in ea occurrant, quæ cum modò dictis relationibus dissentire videntur, hæc tamen discrepantia non in re ipsa, sed in verbis duntaxat consistit: quæ enim unus Authorum linguâ Sinicâ exprimit, alter Tartaricâ inducit. Pro exemplo hæc accipe. Duo sunt majora Tartariæ Sinicæ flumina, quorum majus Witzenius in sua Charta Geographica linguâ Tartaricâ Amur vocat; illud ipsum in una sua Epistola P. Ferdinandus Verbiest Sinico vocabulo Helung appellat. P. Gerbillonius in Epistola paulo antè citata flumē ex dictis duobus minus linguâ Tartaricâ modernâ vocat Jagalien Oula (Sagalien Ula) seu flumen nigrum, quod Witzenij tabula nescio qua linguâ Schingal, & Quentung appellat. Quæ differentia licet etiam in nominibus urbium, aliorumque locorum subinde reperiatur, veritati tamen non officit, cum ejusmodi diversitas passim in alijs etiam Chartis Geographicis occurrat.

Witzenio igitur prima hæc laus debetur Tartariæ novæ scitè delineatæ, & à suis ignorantij ac falsitatibus vindicatæ: nihil enim veri aut rei aut nominis apud Mercatores, Jansenios, Hondios, Blavios, Samsones &c. in Tartariæ Charta reperies, quod cum Tabula Witzeniana, & veritate consentiat. Est enim tota Tartaria Asiatica magnam partem habitata, plena magnis fluminibus, urbibus, oppidis, ac monumentis, quæ ex una parte Mosco.

vitæ, ex altera verò parte Chinenses  
exstruxerunt, cumprimis ad tutelam  
magnorum fluminum, per quæ con-  
gelata in hyeme trahis, per aperta au-  
tem æstivo tempore in navigijs ingen-  
tia itinera conficiunt, quæ alioquin  
per sylvas amplissimas, & frequentia  
deserta non nisi multo tempore, &  
plerumque non sine periculo possent  
conficere.

Potest autem tota hæc Tartaria magna in tres partes hodie dividi, quarum prima, sive Borealis est Siberitarum, Tinguesorum, Samoedorum, Bakorum, Jasakorum, Jacutorum &c., qui subsuntur M. Moscovia & Duci. Altera pars est vagabundorum, qui in certos Horima, sive turmas divisi nullo certo loco consistunt, sed sub tentorijs vivunt, & in curribus suam supellecilem circumferunt, ut plurimum prædones, & rapto vivere assueti. Tertia pars, eaque Australis est eorum, qui stabiles habent sedes, & reliquis Tartariis cultiores sunt, militiam nihilominus exercitent propter vicinos vagabundos, à quibus identidem bello laceantur, & divexantur.

Quod denique in tam vasta Tartariae Regionē nulla sit vera Religio, & nulla veri Dei cognitio, satīs constat ex itinerario Adami Brand, & testantur illi, qui per eas partes ex Europa ad Sinas, & inde in Europam redierunt Missionarij Religiosi, è quibus sunt P. Henricus Rott, & Joannes Grueber Soc. Jesu, qui iteratō hoc iter emensis sunt, & nihil in eo deprehenderunt præter Idololatriam & infames superstitiones, cùm interim nemo sit, qui misserrim hisce mortalibus lumen veræ Fidei accendat; *omnes enim*, teste Apostolo ad Philipp. 2., *Quæ sua sunt, quarunt, non quæ sunt IESU Christi.*

PRO-

PROPOSITIO VI.

Quod, & ubinam famosum illud Cathaium, Urbs Cambalu, & Lacus Chiamay in partibus Indiæ extra Gāngem poni solitus?

**V**Bi, & quodnam sit illud Cathaium, ejusque Metropolis Cambalu, antiqua, & celebris inter Geographos est controversia, cui ansam præbuit Marcus Paulus Venetus, in suo itinerario, quod de Regionibus Orientalibus (quas ipse circa annum 1269. inspexit) scriptum reliquit. Eandem controversiam subinde auxit Haithonus Regis Armeniæ frater Ordinis Præmonstratensis, qui & ipse circa annum 1307. illas ipsas Orientis Regiones cum Rege fratre suo invisit. In hac igitur controversia elucidanda labarunt multi. Primus quidem fuit Benedictus Goës Lusitanus è Societate JESU, qui anno 1603. sub auspicijs Regis Hispaniarum è Regno Magni Mogolis ad explorandum Cathaium missus est. Hic igitur post longum, ac periculosum iter, & superatas multas Tartariæ Regiones cum sua Caravana, hoc est, in comitatu aliquo centenorum hominum tandem in Cathaium pervenit, quod re ipsa, & fatentibus, qui in ejus comitatu erant, socijs omnibus, fuit ipsum Sinense Imperium. Differt autem Relatio P. Nicolai Trigautij nonnihil ab ea, quam tradit in China illustrata P. Athanasius Kircherus; hic enim ait, Benedictum Goës post iter 9. dierum ex Camul Chiaicum, & ad Regni Sinensis muros appulisse, atque intra eosdem muros admissum itinere unius diei ad urbem Socieu pervenisse.

At P. Trigautius refert, ad confinia Chinæ locum, seu Provinciam esse 200. milliaribus Italicis à muro Chinensi remotum, ubi contra irruptiones solitas Tartarorum duas urbes munitas exstruxerunt Chinenses; unam quidem Canceu dictam, in qua Prorex suam stationem habet; alteram verò Soceu (sive Socheu) cum suo Præfecto, & hanc urbem posteriorem in duas partes dividi; earumque unam à Saracenis, sive Tartaris habitari, alteram verò à Chinensibus, & hos à prioribus appellari Cathajos. In hanc igitur urbem Soceu cum toto reliquo Tartaroru comitatu anno 1605. advenit Benedictus Goës, necdum tamen intra muros Chinenses, ipsamque Chinam subintravit, sed ibidem literas ad Patres Societatis in Aula Pechinensi commorantes scripsit, ad quas post biennium ferè exactum tandem responsum accepit, & subinde anno 1607. ex morbo piè ex hac vita decepsit, relictâ totius viæ & itineris peracti Relatione. Ita ferè P. Nicolaus Trigautius, E quibus nunc abundè patet, partem Chinæ Borealē cum primis verò Provinciam illam antemuralem à Tartaris & Saracenis Cathaium, ipsosque Chinenses Cathajos appellatos fuisse, cùm omnia, quæ olim Authores de Cathajo literis tradiderunt, Chinæ & Chinensibus ad amissim convenient, uti omnes moderni Historici contestantur, cum primis P. Nicolaus

Trigautius in Historia Sinensi, P. Martinus Martinius in Atlante Sinico, P. A. thanasius Kircherus in China illustrata, Michaël Antonius Baudrandus, Ludovicus Morerus, Hollandi in suis Legationibus in Chinam, &c.

Rationem nihilominus de hoc dubitandi movit linguarum diversitas: quam enim Regionem Tartari, & Nationes exteræ cum illis Cathaium vocant, Chinam intelligent indigenæ Sinenses, ejusque Metropolim, quam Sinæ Pechinum dicunt, Tartari Cambalech, Marcus Polus Cambalu, & Haithonus Almalech in sua Historia appellat. Item Magnum Tartariæ Chamum, sive Imperatorem Marcus Polus Cublay, Haithonus Armenus in sua lingua Cobila Can appellat. Atque hæc linguarum diversitas etiam apud Europæos ejusmodi dubia, & difficultates in Geographiam, & Historiam inducit; Itali namque, Hispani, & Galli quasvis voces, & verba aliarum nationum à vera, & genuina expressione in suam linguam & dialectum inflectere, & transformare nituntur, uti jam alibi memoratum est.

Illud hinc adhuc miror, quod etiam Nicolaus Samson Geographus regius diligens alioquin HistoriæGeographicæ scrutator Cathaium in suo Atlante minore tanquam Regnum à China diversum cum urbe Cambalu Chinæ ad Ortum reponat: cùm tamen hodie extra controversiam sit, veterum illud Cambalu esse Pechinum totius Chinæ Metropolim, & Cathaium ipsam esse Chinam, & extra hanc nullum planè aliud Regnum aut Regionem Chinæ vicinam, præter Tartariam Sinicam, reperiri,

quæ hodie amplissimo Imperio Sinico subest, utpote ex qua modernus Imperator Sinarum originem dicit natus ipse Tartarus, in quam etiam frequenter venationis causâ cum multis hominum millibus progreditur. Utroque namque Tartaria Sinensis Orientalis, & Occidentalis plena montibus est ac sylvis, ubi proinde urbes rarissimæ; Tartarorum stationes solitariæ hinc inde dispersæ, ipsique Tartari in certas Hormas, sive turmas collecti, nullique certo loco affixi, & vagabundi oberrant.

Superest nunc dubium circa Lacum, qui Chinæ ad Occasum à plerisque Geographis apponitur, è quo quinque magna flumina prodire dicuntur, Caor, Cosin, Menan, Meccon, & Pegu; duo posteriora vocat Baudrandus Ava, & Caipoumus. Lacus ipse quibusdam Chia, alijs Chiang, & Chiamay appellatur, eique Baudrandus circuitum tribuit Leucarum Gallicarum 180., sed quo Authore aut fundamento, non addit. Interim Missionarij Societatis nostræ etiam Geographiæ periti, qui semel, iterumque per eas partes iter fecerunt, nihil de hoc Lacu unquam se comperisse, longè minus vidisse nobis inde è China reduces in Germaniam affirmârunt. Vicissim alium illi Lacum detexerunt inter duo flumina Indum & Gangeum positum, è quo quatuor flumina exorta M. Mogolis Imperium pervadunt. Alium itidem Lacum invenerunt in montibus Thibeticis (quos olim Imaum & Caucasum, hodie verò Dalanguer appellant indigenæ) è quibus complura flumina nascentur, cum primis Indus & Ganges, qui posterior in summo montis jugo exortus, ingenti strepitu in planum

præ-

Nova Anglia,  
precipiunt, & Indostan  
grelos in Mare, sinumq  
cum denigunt, ut in C  
graphia, & in sua China  
Iohannus Kircherus exp  
liger complur in Deli  
scialis Indicis, cumnum i

P R O

Nova Anglia,

I Nier eas, quæ præced  
novæ coloniz in A  
Europæis fundata sunt  
qui recenseri meretur.  
Ihc trahit terce sat long  
Americæ ad Oceanum Occ  
Ortu in Occalum portat  
fondum potiorem partem at  
scalus, & nunc habitatus.

Inventæ etiæ nova Anglia  
Sebastiano Caboto anno 14  
postea retexerunt alij etiæ  
pli Navarchi: at habitati  
Europæis coepit est circa  
112, rursusque per interv  
posta: semper enim indigen  
turi Anglis erant infecti,  
in modis divexabant, & us  
cum 1670, graviter affligeban  
Angli suas stationes muni  
tibus eorum insulæ ca  
alia exigere, fræcta est i  
naciam insolentia, eaque  
in utrosque commercio eti  
utram transiit.

Caterum toto ille Angli  
tibi furijs rigor quimplur  
subplicibus, animalibus, fr  
ues, elementis: nec defuncti  
sunt, respergunt, & cum primis  
comitibus præstantissim  
accessu audientias, aqua

præcipitatur, & Indostanum transgressus in Mare, finumque Gangeticum demergitur, ut in Charta Geographica, & in sua China illustrata P. Athanasius Kircherus expressit.

Igitur complura in Delineatione Orientalis Indiae, etiamnum incerta sunt,

quæ ego (ne ulli præjudicarem Authori) in diversis Chartis proposui, è quibus interim veriora censenda sunt, quæ aliqua experientiâ & auctoritate nituntur, donec certiora tempus aperiat.

### P R O P O S I T I O VII.

#### *Nova Anglia, ejusdémque variæ Colonie.*

**I**nter eas, quæ præcedenti seculo novæ coloniæ in America ab Europæis fundatae sunt, nova Anglia recenseri meretur. Est autem hæc tractus terræ sat longus Borealis Americæ ad Oceanum Occidentalem ab Ortu in Occasum porrectus, atque secundum potiorem partem ab Anglis excultus, & nunc habitatus.

Inventa est nova Anglia primò à Sebastiano Caboto anno 1497., quam postea retexerunt alij etiam Angliæ Navarchi: at habitari & excoli ab Europæis cœpta est circa annum 1612., rursumque per intervalla destituta: semper enim indigenæ adhuc Barbari Anglis erant infesti, eosque miris modis divexabant, & usque ad annum 1670. graviter affligebant. Ubi verò Angli suas stationes munire, & adversus eorum insultus cœperunt fortalitia erigere, fracta est tandem pervicacium insolentia, eaque mutuo inter utrosque commercio etiam in amicitiam transit.

Cæterum totus ille Angliæ novæ tractus fluvijs rigatur quamplurimis, abundat piscibus, animalibus, fructibus, ac frumentis: nec desunt terræ vites, exque variæ, & cumprimis Tabacum ibi crescit præstantissimum. His accedit auræ amoenitas, atque sa-

lubritas; hyēmes tamen alicubi ultra Zonæ conditionem nonnihil severiores sunt. Præcipue verò habitatoribus ingens est commoditas exercendi commercij cum ditissimis Mexicanis Insulis æquè, ac Anglis Europæis.

Dividitur hæc Anglia nova in Provincias sex, quarum singulæ habent peculiares suos Magistratus, & Gubernatores, sub regijs nihilominus auspicijs & supremo dominio. Rem Ecclesiasticam procurant Presbyteriani, sive independentes huc ex Anglia missi Prædicantes, qui etiam scholas & aliquot gymnasia ad instruendam Juventutem erexerunt. Richardus Blome in sua Anglicana America haud ita pridem in lucem edita urbes totius Angliæ novæ censet 39., quarum nomina plerumque respondent nominibus Angliæ Europæ. Provinciæ autem sunt sequentes.

Provincia I. est Nov-Eboracensis, vulgò New-Jorck, quæ olim dicta est ab Hollandis primis habitatoribus novum Belgium, & vulgò New-Nederland, ejusque Metropolis, quæ priùs Hollandis dicebatur Novum Amstelodamum, hodie ejēctis inde Batavis, Anglis vocatur Novum Eboracum. Posita est hæc urbs in Insula

la

la longa Manatatan, eaque constat aedibus plusquam quingentis. Tota haec Provincia rigatur tribus magnis fluminibus, nempe Hudson, Raritan, & Delaware cum sinu Maris ejusdem nominis.

Provincia II. est novum Jersicum, vulgo Jersey, idque duplex, Orientale, & Occidentale. In priorre reperiuntur urbes septem cum sinu, portuque nobilissimo Sandy Hoock. In posteriori urbs est Borlington.

Provincia III. est Pensylvania, ejusque Metropolis Philadelphia. reperiuntur in hac Provincia, Teste Blome, prater Anglos Batavi non pauci, qui sub dominio Anglicano in nova Anglia perstiterunt. Pratrear ea etiam Sueci aliquot suas hic stationes retinent.

Provincia IV. est Marilandia, eaque dividitur in 10. Comitatus, quorum Incolae ingentem quustum faciunt ex Tabaco.

Provincia V. est Virginia, eaque dividitur in Comitatus 11., quorum Metropolis dicitur James Town.

Provincia VI. est Carolinia, eaque pars Floridæ, & adnexa Virginiam. Erecta est haec Provincia anno 1670. ejusque Metropolis vocatur Charle Tawn.

In sex Provincijs recensitis primi-

tus aliquot coloniæ formatæ sunt ex varijs Anglorum rejectamentis, & fæce populi Anglicani, præcipue Anabaptistis, & Quakerianis: postremis autem hisce temporibus non pauci eò profugerunt, & colonias novas instituerunt, è Gallia proscripti Hugo-noti.

Ad novam Angliam referuntur etiam Insulæ Bermudes, quarum numerantur ultra 400. sub gradu 32. & 30. min. Latitudinis Borealis in Occidental Oceano Novæ Angliæ ad Austrum obiectæ. Anno 1522. à Joanne Bermudez Hispano inventæ sunt, & anno 1609. à Georgio Sumes naufrago habitari cœptæ. Circa annum 1611. ibidem jam reperta sunt tria hominum millia. Insula maxima 6. Leucis in Longitudinem extenditur, in Latitudinem dimidiâ duntaxat. Sensim ab Anglis complura excitata sunt oppida, urbes & fortalitia. Huc denique spectant etiam reliquæ Insulæ Mexicanæ Archipelagi, quas ex Antillis sibi vendicarunt Angli, cujusmodi sunt teste Richardo Blome, Barbuda, Anguilla, Monserat, Dominica, S. Vincente, Antego, Mevis, sive Nevis, Barbada; S. Christophori cum Gallis communem habent.

## P R O P O S I T I O VIII.

### Pentilimnis sive Regio quinque Lacuum cum Provincia Luisiana.

**A**ngliæ novæ ad Boream objectet Pentilimnis, sive quinque Lacus ingentes, quorum primus, idemque maximus, & teste Patre Hennepin major totâ Galliâ,

dicitur Superior, Gallis autem Lac de Tracy, & Lac de Conde in gratiam magnorum virorū, quibus adulantur. Longus est juxta alios hic Lacus 150. Leucas Gallicas, latus 40., & in cum se

Pentilimnis sive Regio.  
exstant 10. femininae  
pacia: ipse vero defluit in  
Lacum Huronum. Secun  
dum, Gallis autem La  
chis dicitur, cuius circu  
latur 400., & ipse de  
in Huronum. Teritus l  
nam, Gallis Lacus d' O  
reditur Leucas 200.  
scutus 700, Leucarum:  
lacum Erie. Quartus L  
Gallis Lac de Conry lo  
Leucas, defluit cum incre  
pita ex alto per 100. dece  
Lacum Ontario. Qui  
que Lacus Ontario Gallis  
de Fontenac, & S. Lovis  
la Leucas, & hic efficit n  
Lorenzij lumen, quod tandem  
quorum molam defert in N  
Verr, sive Occidentalem O  
Quinque hinc Lacus aqua du  
gram alium optimorum p  
pian, unde quz circa illo  
Naciones varie, & barbar  
fatores, & Grochi alime  
nare. Nec defont accol  
sylvestres, nempe Tan  
Alces, Lutri &c., qua  
pro alimento, pelle pro  
hominis affuti, & ca  
cas uillas habent, opp  
& ruguria more alioru  
cum lparsum hinc inde jo  
stantis collocant, non  
vis, sed & sibi ipsi invic  
predones, mutuis ide  
citatibus conficiunt. Ar  
un ion Clava, Arcus, &  
tobrenum etiam Sclopis ferre  
grandior fuit a Batavis & A  
gall, quibus ditiones secund  
us fuisse. Laurentij ab On  
calum in sum usque ad

se exonerant 10. flumina navium capacia ; ipse verò defluit in vicinum Lacum Huronum. Secundus Lacus Illinoum , Gallis autem Lac de Dauphin dicitur , cuius circuitus habet Leucarum 400., & ipse defluit in Lacum Huronum. Tertius Lacus Huronum , Gallis Lacus d'Orleans longus creditur Leucas 200., ejusdem circuitus 700. Leucarum : defluit in Lacum Erie. Quartus Lacus Erie , Gallis Lac de Conty longus 140. Leucas , defluit cum incredibili strepitu ex alto per 100. decempadas in Lacum Ontarium. Quintus denique Lacus Ontarius Gallis dictus Lac de Fontenac , & S. Lovis , longus 80. Leucas , & hic efficit magnum S. Laurentij flumen, quod tandem totam aquarum molem defert in Mare del Nort , sive Occidentalem Oceanum. Quinque hi Lacus aquæ dulcis magnam alunt optimorum piscium copiam , unde quæ circa illos habitant Nationes variæ , & barbaræ, Illinoi , Hurones , & Grochi alimentum sumunt. Nec desunt accolis etiam feræ sylvestres , nempe Tauri , Cervi , Alces , Lutræ &c., quarum carnes pro alimento , pelles pro vestitu adhibent homines astuti , & crudeles. Urbes vix ullas habent , oppida tamen , & tuguria more aliorum Barbarorum sparsim hinc inde in sylvis , & montanis collocant , non modò exteris , sed & sibi ipsis invicem infesti prædones , mutuis identidem fœse cladibus conficiunt. Arma eorum sunt Clava , Arcus , & Sagitta : hodie tamen etiam Sclopis ferreis pugnare docti sunt à Batavis & Anglis. Galli , qui suas ditiones secundum ripas fluminis S. Laurentij ab Ortu in Occasum in dies usque ad Penti-

limnem , & ultrà promovent , constructis identidem novis munimentis Barbaros in sua potestate cohibent , & mitiores etiam per sua commercia reddunt ; longè magis Missionarij Religiosi , qui per amplissimam hanc Regionem discurrendo misericordia Americanis inter superstitiones natis , & invertratis viam salutis demonstrant , et si Barbari , tanto beneficio ingratiti , non paucos miris modis affligant , & quandoq; etiam interficiant , quam laborum suorum mercedem non pauci insigne Missionarij retulerunt.

Pentilimni ad Occasum adjacet amplissima Regio Luisiana , sic in gratiam Regis Franciæ Ludovici XIV. ab inventore P. Ludovico Hennepin Ordinis S. Francisci Recollecto appellata , quam medium ferè intersecat magnus ille fluvius Mefaschippi , qui circa gradum 55. Latitudinis Borealis exortus inter novum Mexicum , & Canadam fluxu sinuoso decurrens post iter octingentiarum circiter Leucarum Gallicarum magno impetu inter 27. & 28. grad. Latitudinis Borealis in sinum Mexicanum se evolvit æquali ferè semper unius Leucæ latitudine , magna profunditate , & nullis arenæ cumulis , aliquot tamen impeditus cataractis , quarum illa est maxima , quam S. Antonij appellant , ubi aqua ex rupe 50. pedes elevatâ delabitur. Flumina , quæ Mefaschippus tam ab Ortu , quam ab Occasu recipit , complura sunt , & inter ea etiam aliquot magni nominis. Ipsa Regio Luisiana innumeris habitata Nationibus haud multum à precedenti differt ; terra namque fertilis est , & par optimis futura , si par illi cultura responderet , & incola-

I rum

rum industria. At illi ut plurimū venationibus indulgent, rapto vivunt, & bella inter se gerunt; reperiuntur nihilominus non pauci ingenio & indole dotati, qui proinde suas communitates ad quandam Reipublicæ formam instructas scitè, certisque legibus gubernant.

Ita ferè paulo antè memoratus P. Ludovicus Hennepin, qui primus hanc Regionem semel, iterūmque peragravit, & primus etiam detexisse creditur; quantumvis hanc prærogativam etiam D. de la Salle sibi vendicet, de qua tamen controversia jam alibi à nobis mentio illata est. Illud magis peregrinum est, quod idem P. Hennepin affirmat in am memorata sui itineris descriptione; videlicet cùm circa fontes Meso-schippi fluminis inter Issatos & Nado-veslanos ejusdem Luisianæ populos consisteret, cò venisse ab Occidente quatuor Barbaros à sua gente ablegatos, itinere continuo 500. Leucarum, nunquam quiescendo, nisi de nocte, & insistendo quandoque venationi, ut inde de alimento sibi providerent. Hi igitur Legati de freto Anian per interpretem requisiti responderunt, nihil se de freto illo uspiam audivisse, longè minus vidisse. At neque in toto suo quatuor mensium itinere occurrisse illis Mare, aut Maris sinum aliquem, sed planâ identidem viâ incessisse, quæ paucis sylvis ac montibns, nullo autem Lacu, sed fluvijs tantum intercalata erat. Ultrà terram autem, ex qua hi legati advenere, reperiri pygmæos, & parvæ admodum staturæ homines, ipectra item, & animalia sylvestria sine numero.

Ex his tanquam certum dedu-

xit P. Hennepin, Regionem Luisianam secundum partes Boreales continuari cum terra Jedso, ipsaque Japonia, sed & fictitium esse nomen, ipsumque fretum Anianum adeò inter omnes Geographos celebratum. Mihi circa hanc Relationem quædam difficilia sunt. Primum est, quod ingens illud terræ spatium quingentarum Leucarum inter Issatos & stationem Legatorum (nempe S. Fig. II. Folij A. A.) sint mera prata & campi: cùm tamen in partibus Borealibus passim reperiantur montes altissimi. Secundum est, cùm certum sit, ex una parte Terram Societatis vulgo Compagnie-Land per fretum Uresinum distingui à terra Jedso, ipsaque Japonia, ex altera verò parte complura magna Tartaria flumina, cujusmodi sunt Chingal, Lena, &c. defluere inter Tartariam & terram Jedso in Oceanum Borealem, liquidum inde est, quod terra Jedso neque cum Tartaria, neque cum terra Societatis connectatur: quia alias tolleretur fretum Uries, ut patet ex Figura nuperrimè citata. Interim positis omnibus, quæ cum Legatis asserit P. Hennepin, nempe positâ distantia ab Issatis 500. Leucarum Gallicarum usque ad punctum S., sive stationem Legatorum, & ab S. totidem ferè Leucis usque ad V., sive Oceanum Borealem, verum erit, quod Legati in toto suo itinere ab Occasu in Ortu non viderint uspiam aliquod Mare aut fretum Anian propter nimiam distantiam, quæ est ex S. in M., & per totum iter Legatorum usque ad Issatos, nempe ad 500. Leucas Gallicas. His, inquam, in Figura II. positis dabitur nihilominus fretum Anian in consueto suo loco: quia California est Insula:

ergo

Postquam vulgante fama stari coeperunt divisa, fauri, quos in Regionibus, at mis in Insulis Orientalis I copiosos natura recondit, ipsa instructæ sūt naves, ador tentata via per fluxus & eploratæ terræ nunquam videm, aliquor Navarchi e uco & propria cupido, & in voluntas urgebat. Insula primus horum votorum, quæ plenè prelio aro liceo rapiebant etiam ad distantiam Europæorum iactus. Tandem edomito, apud Regibus etiam luciferum etiam, armorum subducunt ferociam, tum vero Chaldei nichil facilis persuadit, que par confilio & sua fundacionem, legemque

P R  
Terræ Australi  
in

Terræ Australis non sat  
ergo necellatio terra Ani  
merita diffusa; ab Ameri  
per Canalem, sive Mare V  
terra Asian per fretum A  
sunt terra Societatis cum  
dicit unam Insulam c  
se hæ duæ terre sicut du  
mata, semper dabitur f  
n. & magnus Canalis M.  
Boreali connexus, & n  
sunt connexio Regioni  
cum terra Jedso, longem  
ponia, uni prærendebat P  
legit verosimile maneret q

ergo necessariò à terra Anian, & ab America distincta; ab America quidem per Canalem, sive Mare Vermeio, & à terra Anian per fretum Anian. Sive autem terra Societatis cum terra Anian faciat unam Insulam continuam, sive hæ duæ terræ sint duæ Insulæ separatae, semper dabitur fretum Anian, & magnus Canalis M. cum Oceano Boreali connexus, & nunquam dabitur connexio Regionis Luisianæ cum terra Jedso, longè minùs cum Japonia, uti prætendebat P. Hennepin. Igitur verosimile manet, quod jam su-

prà Propositione II. statuimus, nempe Americam nullibi cum Asia conexas esse. Illud nihilominus bene, ac religiosè advertit P. Hennepin, tot etiamnum in orbe terrarum reperit animas, quibus Christus beneficium Redemptionis æquè ac nobis Christianis impendit, interea tamen medijs ad viam veritatis deveniendi deficientibus in suis ignorantia, ac superstitionis tenebris sepultæ jacent. Sunt enimverò multi, qui illis media suppeditare vellent, at non possunt: sunt, qui possunt, at non volunt.

### PROPOSITIO IX.

## Terræ Australes non satis cognitæ, earumque inventio, & conditio.

POstquam vulgante famâ manifestari cœperunt divitiæ, atque thesauri, quos in Regionibus, atq; cum primitis in Insulis Orientalis Indiæ adeò copiosos natura recondit, illico in Europa instructæ sūt naves, adornatæ clastes, tentata via per fluctus & procellas, exploratæ terræ nunquam visæ, donec tandem aliquot Navarchi eò delati, quò eos & propria cupido, & imperantium voluntas urgebat. Insulæ Moluccæ primus horum votorum scopus erant; quæ plenæ pretiosis aromatibus odore suo rapiebant etiam ad immensam distantiam Europæorum animos & affectus. Tandem edomito Oceano Europæis Regibus etiam luctandum fuit cum Barbaris indigenis; atq; ubi horum etiam armorum subsidio, perdomuere ferociam, tum verò Christiana Religio viæ faciliùs persuaderi potuit. Jamque pari consilio & industria suum dominium, legemque Chri-

stianam Indiæ gentibus passim impo- fuerant Reges Catholicæ, cùm ecce Hollandi, gens nata Mari & duris as- sueta rebus, quæ nuper avitam Religionem, & una jugum Regis Catholicæ excusserat, & ipsa initâ Societate classem instruxit, & à Septentrione in Orientem, & Occidentem sua vela, & vota convertit; nec infelici successu: utpote quæ sola Respubl. haud ita pri- dem formata potentissimos duos Re- gres, unâque Religionem Catholicam non tantum ex Insulis Moluccensibus, sed alijs etiam Indiæ terris ac Provincijs profligavit. Tum verò ut rebus suis, bonisque acquisitis etiam in futurum prospiceret, passim fortalitia excitavit, & stabilem in Insula Java, bonorum omnium feraci, sedem fixit, exstructâ ibidem urbe insigni, ac munimento totius Indiæ Orientalis facile potentissimo: unde longè latèque in circumje- ctos Regulos ac Principes terrâ, mariq;

imperium exercet, & quos vult, minis ac armis ad sua vota, & postulata inducit.

Quidquid est in Asia aromatum pretiosorum, suis Hollandi proventibus pridem jam adscriperunt, & inde in præcipuis Europæ Provincijs magnum hodie quæstum faciunt. Aurifodinas præciuas in Insulis ac Regnis tributarijs obtainent Hollandi, & quod Barbarorum operâ ac labore aurum & argentum effodiunt, quot annis in Europam deferunt. Margaritarum pescatores ad Oram Piscariam, & Insulam Manariam in sua potestate continent Batavi; eorumque operam parca manus compensant, ipsi verò immane lumen quot annis inde trahunt. Ex ebo, re, saccharo, bombyce, ligno pretioso,

& cum primis tabacco ingentes opes ex Asia conquirunt, & in Europa colligunt. Atque horum proventuum fontes, nempe Regna, Provincias, & Insulas Hollandi habent in sua potestate, nec est inter indigenas, qui audeat ijs repugnare, neque inter exterros, qui ijsdem facile possit semel acquisita eripere. Accedit ad hæc omnia liberum Mercaturæ exercitium in omnibus Asiae & Europa Regnis, ac Provincijs: neque est angulus in orbe tam obscurus, in quo latet auri aliquid, aut thesauri, quem exploratum, & suis mercionijs, aut lucris obnoxium non habent Batavi, miserrimis interea Regionum earum, quibus dominantur, habitatoribus in sua superstitione, & veri Numinis ignorantia relicitis.

### §. I. Terra dos Papous, sive Nigrorum.

**I**nsula est oblonga propè Äquatorum sita, & Insulis Moluccis proxima; procurrit autem usque ad Novam Guineam, à qua modico tantum freto dirimitur. Ejus longitudo 130. circiter Leucarum Germanicarum est, latitudo varia: maxima 30. ferè Leucarum æstimatur. Anno 1527. à Lusitanis primò inventa, utpote Moluccarum tunc possessoriis, sed postea ejectis inde Lusitanis

pene tota secundum oram maritimam ab Hollandis lustrata. Præcius hujus terræ Regulus tributarius est Regis Ternatensis. Verosimile est, in hac Insula Hollandos Mercaturam facere, cum illa non careat aromatibus, nec procul absit ab eorum stationibus. Porro indigenæ hujus Insulæ Barbari sunt, & omnis Christianæ legis expertes, ij maximè, qui Insulæ interiora colunt.

### §. II. Nova Guinea.

**P**ræcedenti ad Ortum succedit magna terræ portio, sed magnitudinis necdum definitæ. Insula creditur multis circumvallata Insulis minoribus. Nomen videtur accepisse à Guinea Africana propter aliqualem similitudinem, quæ tamen non satè appareat. Detecta est autem circa annum 1527. à quodam Alvaro de

Savedra Hispano, rursumque teste Meriano revisa anno 1606. à Petro Ferdinando de Quirós Lusitano, qui eam alio nomine appellavit Terram Australem S. Spiritus, & Regi Hispano Philippo III. literis prolixis descripsit, ejusque ubertatem, & rerum omnium abundantiam miris laudibus extulit. Hollandi quoque ejus

gus litora legitimi, & Præambulus quibus abundat. Sandorum nominis, videlicet Hochland,

§. III. K

Ego est validissima In censibus intra gradum Latitudinis Australis Occida extenditur in C Lucas 450, & ultra 150 in Boream. Inventæ est a Anno 1644, & circa li bilita, nunquam tame enculta, aut habitat. circa Annum 1688. app. cani pitaz circa gradum minutum, Latitudinis Australis Dampierius, qui unus fortate, & navis piraticæ foliæ gelta vocis navigationis script, & in lucem edid etiam novæ hujus Hollandi & habitatorum condicione ferè modum exposuit. un dies oculatus inspectio a qua morati sumus, arene que dulcis inopia laborat. labores raras gignit, & peras, vix ulla tamen fructuosa aliud haud magnas: a utripedia nulla. Marias a quæ adeo, ut ad centum Oceanus recedat, nemo relinquit. Indigenæ hæc regi sunt, ac deformes, latus, quam Indi similes, quæ in hoc orbe terra non pars militerata, ruda & insondum pudenda tamum ce virginis, aut arborum fallata. Homines omni proportione adhuc coelum po-

ejus litora legerunt, & Promontorijs, ac Portibus ( quibus abundat Regio ) abolitis Sanctorum nominibus, profana, videlicet Hochland, Leghland,

substituerunt. Quis hodie sit hujus Novæ Guineæ status & conditio, apud Authores vix invenies.

### §. III. Nova Hollandia, & Zeelandia.

**R**egio est vastissima Insulis Moluccensibus intra gradum 10. & 20. Latitudinis Australis objecta. Ab Occasu extenditur in Ortu ultrâ Leucas 450., & ultrâ 150. ab Austro in Boream. Inventa est ab Hollandis Anno 1644., & circa litora tantum lustrata, nunquam tamen ab ijsdem exulta, aut habitata. Ad eandem circa Annum 1688. appulere Anglicani piratæ circa gradum 16. & 50. minut. Latitudinis Australis. Willemus Dampierius, qui unus fuit ex ea societate, & navis piraticæ socijs, iter, & gesta totius navigationis fulè conscripsit, & in lucem edidit, in qua etiam novæ hujus Hollandiæ situm, sed & habitatorum conditionem in hunc ferè modum exposuit, per decem dies oculatus inspector. Terra, in qua morati sumus, arenosa est, & aquæ dulcis inopiâ laborat. Sylvas & arbores raras gignit, & Europæis ignotas, vix ulla tamen frugiferas; aviculas alit haud magnas: animalia quadrupedia nulla. Maris æstus hic magnus adeò, ut ad centum perticas à litore Oceanus recedat, & naves in sicco relinquat. Indigenæ huius terræ nigri sunt, ac deformes, ipsisque Mauris, quam Indis similiores; gens, si qua est in hoc orbe terreno, ex omni parte miserrima, nuda incedit, & secundum pudenda tantum modicè virgultis, aut arborum folijs obvelata. Homines omni prorsus habitatione destituti cœlum pro techo,

terram pro strato habent, ipsis bestijs infeliores, utpote quæ in suis latibus cœli injurias evadunt, quas illi diu notwithstandinge patiuntur. A muscis, quarum hic ingens copia, dirè vexati, oculos identidem semiclausos, dejestosque tenere coguntur. Accedit his summa rerum omnium, & præcipue vietū indigentia: nullum ijs terra fructum aut edulium suppeditat; unde solis pisciculis contenti esse debent, quos Maris æstus in sinus hinc inde inducit, & ipsi hoc modo capiunt. Lepides intra Maris sinus sibi mutuò imponunt, & aggeres decussati in varia loculamenta disponunt, in quæ aquâ Maris affluente intrant pisciculi, eadémque aquâ rursus defluente subsistere coacti in prædam cedunt Barbaris, quos ipsi manibus (neque enim alio instrumento pescatorio instructi sunt) exemptos carbonibus imponunt, & modicè assos devorant; neque id singuli seorsim, sed integra facit communitas, quæ si multum capit, omnes inde accipiunt: si parum, etiam illud haud inviti inter se distribuunt. Hæc ferè Dampierius de Nova Hollandia: quæ tamen non probant, totam illam vastissimam Regionem esse adeò sterilem, atque ignobilem, ut primus aspectus illius præ se tulit. Tantum namque terræ spatium etiam in ipsa Europa secundum diversas partes etiam diversam admodum faciem exhibit: una namque sterilis, arenosa, & infru-

Etuosa est, alia pinguis, & rebus omnibus affluit. Imò nec eadem pars terræ semper sibi similis est: si enim probè excolitur, uberes dabit fructus; si verò sine cultura est, in fentes & dumeta abibit, & tandem sterilis evadet. Certè Palæstina olim ab ipso Deo tantopere commendata Regio nobilissima fuit, & tamen hodie inter barbaros suos cultores penitus defecit, & propemodum in desertum abivit.

Interim infelices sunt habitatores, quos terra non ditavit, & ignobilis illa terra reputatur, quæ pretium & ubertatem à cultoribus suis expectare cogitur. At longè infelicissimi mercatores illi, qui tam solicite opes terrenas in omnibus Terræ angulis conquirunt, animas autem tantopere cœlo æstimatas flocci faciunt. Nunquid enim ideo viliores sunt animæ, quia latent in nigro corpore? & nobiliora sunt cadavera, quia auro ac serico involuta? nunquid adamantes de suo pretio aliquid deperdunt, quia inter saxa & terræ fordes delitescunt?

Novæ Hollandiæ inter Ortum & Austrum apponunt Batavi etiam Novam Zealandiam Insulam quandam, quam circa gradum 35. Australis Latitudinis deprehenderunt in suo itine-

re eorum Navarchi, qui totum orbem terraqueum iteratò circumierunt; de qua tamen non est, qui certius aut enucleatus aliquid retulerit.

Adhuc longè plures sunt minores Insulæ inter Novam Guineam, & Australem Americanam, quibus natura quasi viam stravit, & quædam diversoria navigantibus ex Asia in Americam posuit. Has Insulas numero incertas partim Hispani è Peruvio transfeuntes ad Insulas Philippinas determinerunt, partim Hollandi eam viam repetentes invenerunt. Ex ijs præcipue sunt, & alicuius nominis, Insulæ Salomonis, quas circa gradum 10. Latitudinis Australis, & ultrà sexcentas Leucas Germanicas à Peruvio diffitas statuerunt Navarchi Hispani, eásque auro divites, & vetus Ophir Salomonis initio credebant, & promulgabant. Quin quòd etiam porcos, capras, & alia quædam animalia domesticæ eò secum in navibus deduxerunt, ut novi terræ coloni haberent, unde viverent. At postea spe sua delusi, cum non repertirent, quos inquirebant, aureos montes, has Salomonis Insulas bestijs refertas, sed auro vacuas rursus destituerunt.

#### §. IV. Terra Ophir, & Tharsis, & locus Paradisi.

Inter terras non satè cognitas etiam referri merentur Ophir, & Tharsis, imò & locus Paradisi terrestris. Ex duabus prioribus Rex Salomon teste S. Scripturâ 1. 3. Reg. c. 9. & 10. Item Paralip. l. 2. c. 8. in gentem auri argenteique copiam, aliasque peregrinas opes inde in Jerusalēm advexit. De utraque Regione

ingens est Sacrorum Interpretum, & Geographorum dissensus, atque conflictus. Quidam per Terram Ophir Arabiā intelligunt; alij Chersonesum Auream Orientalis Indiæ, nonnulli Peruvium, vel Hispaniolam Insulam Americae &c. Adhuc major est differentia circa vocem & Regionem Tharsis, quam rursus cum Brocharto aliqui

Terra Ophir  
siqui interpretantur Bæticu-  
m, alijs Tarsum Ciliciz-  
m, Carthaginem aut Tunetum  
aut Mari mediterraneo ad  
alij denique nomen Thar-  
sis cum Mari ipsomet co-  
lini omnes his opiniones  
expeditis difficultibus sun-  
t, quidquid tandem affer-  
re. & Scriptura nancquam la-  
rus concordabat, & cum His-  
panica, nisi cum eruditio  
sentias; videlicet jam  
tempore urtamque classem  
Regis Tyriorum, & Salou-  
juntum ac divisum Africæ  
comnavigasse: Tyrios q-  
uare mediterraneum, & fi-  
duatum quovis triennio sen-  
tudo in Regionem Tharsis,  
Occidentalem Athiopiam  
Guineam & Regnum Congo  
alportasse aurum & argen-  
tas preciosas, lignum C-  
icus, ac Pintacos, quos faci-  
t Probus vocat: hæc autem  
occidentalis Athiopia hodi-  
erum, ut apud omnes Ge-  
ograffos est, Salomonis  
in plerisque è Portu A-  
zur Mare Rubrum, &  
Andandel transflue in Op-  
eriam Orientalem, quæ  
Africa maritima ad Orientem  
insipiens à promontorio A-  
zur Guardafui, usque a  
pon Sofala, & ultrà, atque  
in terris atrovallis aurum,  
in Iuga Thyina, & gemma-  
ria, quæ omnia rufus inven-  
tis, a hæc Occidentali Athiopia, cu-  
m res in Regno Sofala,  
Hæc utriusque Regionis sum-

aliqui interpretantur Boeticam Hispanię, alij Tarsum Cilicie, nonnulli Carthaginem aut Tunetum, aut Africam Mari mediterraneo adjacentem: alij denique nomen Tharsis perpetram cum Mari ipsomet confundunt. Verū omnes hæc opiniones multis, & apertis difficultatibus sunt obnoxiae, & quidquid tandem afferas, verba sacra Scripturæ nunquam satius cum rebus conciliabis, & cum Historia Geographica, nisi cum eruditissimo Huetio sentias: videlicet jam Salomonis tempore utramque classem, Hiram Regis Tyriorum, & Salomonis coniunctim ac divisim Africæ litora circumnavigasse: Tyrios quidem per Mare mediterraneum, & fretum Gauditanum quovis triennio semel transundo in Regionem Tharsis, hoc est, in Occidentalem Æthiopiam, nempe Guineam, & Regnum Congo, & inde asportasse aurum & argentum, gemmas pretiosas, lignum Thyinum (quod idem, ac lignum Citrinum) Simias, ac Psittacos, quos sacra Scriptura Pavos vocat: hæc autem omnia Occidentalis Æthiopia hodièque suppeditat, ut apud omnes Geographos in confessu est. Salomonis autem classem plerumque è Portu Asiongaber per Mare Rubrum, & fretum Babelmandel transiisse in Ophir, sive Æthiopiam Orientalem, quæ est ora illa Africæ maritima ad Orientem versa, incipiens à promontorio Aromaticum, sive Guardafui, usque ad Regnum Sofala & ultrà, atque inde quot annis attulisse aurum, argentum, ligna Thyina, & gemmas pretiosas, quæ omnia rursus inveniuntur in hac Orientali Æthiopia, cumpromis verò in Regno Sofala.

Hic utriusque Regionis situs, opes,

ac divitiæ solis convenientis his duabus Regionibus, sive Æthiopiæ Orientali & Occidentali; ad hanc enim opus erant tres anni: unus nempe ad eundum, alter ad redeundum, & tertius ad colligendum aurum, & reliquias opes. Ad illam verò navigationem in Ophir, sive Orientalem Æthiopianam sufficiebat annus unus. Atque hæc terra semper habita est auri ditissima, utpote Regno Monomotapæ (cujus hodièque Rex aureus appellatur) vicina.

Huc etiam refert Huetius illa verba l. 3. Reg. c. 22. *Josaphatus fecerat classes in mari, quæ navigarent in Ophir propter aurum: & ire non poterant; quia confractæ sunt in Asiongaber.* Quæ sic interpretatur: naves erant destinatae, ut irent in Tharsis usque, & eadem viâ etiam diverterent in Ophir, ut aurum inde afferrent: igitur necesse fuit, ita has duas Regiones sitas fuisse, ut sine aliqua deviatione eadem classe potuerint adiri, quod in casu nostro succedit. Si enim classis ex Asiongaber transivisset in Tharsis, nempe Æthiopianam Occidentalem, poterat eadem viâ in itu vel reditu divertere ad Sofalam, sive ad Ophir. Sed nunc videamus etiam, quid huic sententiæ ab adversa parte possit opponi.

Primum est, quod vix credi posset, Africam jam olim totam circumnavigatam, superatumque Promontorium Bonæ Spei, cum ante ducentos annos adhuc ignoti fuerint Africæ fines, & Ptolomæi tempore navigationum Australium terminus fuerit Promontorium Raphum, sive Raphum, quod est ad 9. circiter gradum Latitudinis Australis in Regione Zangvebar, ut videre est in universali

fali Charta Geographica Ptolomæi. Hoc argumentum fusè ac doctè refellit Huetius adductis innumeris veterum testimonijs, quæ probant, jam ante Ptolomæi tempora usitatas fuisse navigationes circa Africam, & usque ad Caput Bonæ Spei. Ex omnibus unum esto illud Cornelij Nepotis, qui refert, quod Eudoxus Cyzicus Ptolomæum Lathyrum Regem Ægypti fugiens totam Africam à sinu Arabico usque ad Gades circumnavigârit. Testimonium hoc Cornelij citat Mela l. 3. c. 9. & Plinius l. 2. cap. 67. sed neque adeò peregrinum videri debet, quod ejusmodi navigationes operosæ, & longinquæ aliquanto tempore sint omissæ, & iterum resumptæ. Certè recens hujus exemplum est in navigatione Grælandica, quam olim annis multis frequentarunt Dani & Norwegi, & ab eadem postea multis annis cessarunt, rursumque nostro ævo resumperunt.

Secundum est, quod sententiæ Huetij opponit Ludovicus Morerus, videlicet in Orientali litore Africæ nullum reperiri argentum, cuius tamen magnam copiam ex Ophir deducetam in Jerusalem testantur sacræ Literæ. Verùm aberrat Morerus; quia paucis abhinc annis Mozambici rur-

sus novæ argentifodinæ detectæ sunt, unde eruta magna argenti copia, cuius in laminas formati ingentes cumulos vedit unus è Societatis nostræ Patribus, idque huc in Europam prescripsit.

Haec tenus sati mihi convenit cum Huetio in designandis terris Ophir, & Tharsis: non item in designando terrestris Paradisi loco, quem ipse post operosam, & eruditam lucubrationem reponit infra, sive post fluminis illius, quod è Paradiso egreditur, divisionem in 4. brachia, seu capita, contrà expressa, & clara ipsius Scripturæ verba, quæ sic habent Genes. 2. *Fluvius egrediebatur de loco voluptatis,* (nempe de Terra Edem) *ad irrigandum Paradisum,* qui inde (nempe post Paradisum irrigatum) *dividitur in quatuor capita,* sive brachia. Certè qui his verbis non facit vim, dubitare non potest, quin Fluvius primùm post irrigatum Paradisum in quatuor capita sit divisus. Igitur ut tam clara sacri textus verba salventur, alia interpretatio reliquorum verborum sacræ huic Relationi adhærentium, quæ minus clara sunt, adhiberi debet. Sed de hoc cùm plura in Geographia Naturali jam dixerimus, eò Lectorem remittimus.

### §. V. Terra Magellanica cum suo freto, & Terra Ignium.

**H**Æc Terra cum suo freto est pars ultima Americæ versus Austrum posita, & à gradu 46. usque ad 53. porrecta, quam circa litora duntaxat primi detexerunt Hispani, & subinde etiam Angli ac Batavi obiter inspexerunt; nulli tamen eorum, quod terra jam esset satis frigida, & nihil auri aut aromatum inde sperandum

esse videretur, placuit mediterranea explorare; fortassis etiam ab ipsis indigenis fuere absterriti, quos ingentis staturæ, & propè Gigantæ altitudinis se vidisse nonnulli jactabant, quod tamen alij figmentum esse credunt ab Hispanis excogitatum, ut reliquos Europæos absterrent, ne & ipsi in hanc Americæ partem colonias

Terra Magellanica  
las ducere. Illud certi  
titatores nec hujus ba  
stine humana, ac Chi  
o syris, & ad oram Mar  
de incrate, ferarum  
unque cooperatos.  
Fretum, quod ad Au  
lagoni adjacet, anno  
Ferdinandus Magellan  
Lufitanus, eique nomen  
nuncivit. Admodum  
sum est illud, & venis  
vehementibus obnoxium  
lanem nihilominus, qui  
superavit, fecuti sunt pa  
res alij Angli & Batavi,  
cumprimitis memorabilis  
Dracus Navarchus Anglie  
anno 1578. ex Anglia soli  
que felici fretum superavit  
inde explata maritimâ  
metice orâ incredibilem  
in Angliam piratarum a  
tivit, Hispani tanqâ ja  
classe multorum nav  
nivo ad hoc fretum del  
qu diu inter fluctus, &  
ita magnam sui parte  
Pars superites ad  
monumenta, nempe  
in, & nominis JESU ex  
politique singulis milita  
in Peruvium rediit.  
aut alter annus abit, &  
anno etiam milita  
utrobius inter mis  
Ruderibus subinde  
Portus famis à pr  
stabilitum.  
Velutam denique Jac  
Marina ignobilis Batavor  
vachus anno 1615. non pro  
fretu Magellanico versus A  
ad novum fretum derixit.

nas ducerent. Illud certius est, habitatores terræ hujus barbaros esse, & sine humana, ac Christiana lege in sylvis, & ad oram Maris vagabundos inerrare, ferarum pellibus ut cunque coopertos.

Fretum, quod ad Austrum huic Regioni adjacet, anno 1520. detexit Ferdinandus Magellanes Natione Lusitanus, eique nomen suum communicavit. Admodum periculorum est illud, & ventis ac procellis vehementibus obnoxium. Magellanem nihilominus, qui primus illud superavit, secuti sunt postea complures alij Angli & Batavi, quos inter cumpromis memorabilis est Franciscus Dracus Navarchus Anglicanus, qui anno 1578. ex Anglia solvit, cursu que felici fretum superavit, atque inde expilata maritimâ Australis Americæ orâ incredibilem thesaurum in Angliam piratarum antesignanus avexit. Hispani tantâ jacturâ excitati classem multarum navium è Peruvio ad hoc fretum destinârunt, quæ diu inter fluctus, & procellas jaetata magnam sui partem deperdidit. Pars superstes ad oram freti duo munimenta, nempe Philippopolim, & nominis JESU exstruxit, impositoque singulis militari præsidio in Peruvium redxit. At vix unus aut alter annus abxit, cum deficiente annona etiam militare præsidium utrobique inter miserias defecit. Ruderibus subinde relictis nomen Portus famis à prætervectis est inditum.

Postquam denique Jacobus le Maire non ignobilis Batavorum Navarchus anno 1615. non procul inde à fredo Magellanico versus Austrum aliud novum fretum detexit, eique

nomen suum contribuit. Abstinere deinceps Europæi à transitu freti Magellanici ad annum usque 1670: quo rursus Joannes Narborough Anglicanus Navarchus fretum Magellanicum revisit, & indemnissuperavit.

Fredo le Maire versùs Ortum tertium denique fretum Joannes Browers itidem Batavus anno 1643. inter Terram Ignium, & Insulam, vulgo Staten-Eyland, deprehendit, cui & ipse nomen suum reliquit.

Duobus hisce fretis minoribus le Maire, & Browers utrinque ad Ortum, & ad Occasum adharet magnus Insularum majorum, ac minorum cumulus, quem Terræ Ignium nomine appellârunt Nautæ ab ignibus, quos frequentes illuc prætervecti conspexerunt in Insulis, quas magnam terræ continentem arbitratiter Australē vocârunt, eamque Geographi hac Nautarum opinione decepti latissimè versùs Asiam in suis Mappis Geographicis extenderunt, donec illi, qui duo freta Mairanum, & Browerianum sunt transgressi, nil præter apertum Oceanum deprehenderunt, ipsamque Terram Ignium majorem quandam Insulam cum multarum minorum Insularum congerie invenerunt. Exinde utcunque certum habetur, post hanc Terram Ignium nullam versùs Polum Antarcticum superesse continentem, aut Insulam aliquis nominis; quod inde etiam confirmari posse videtur, quia Hispani semel iterumque miserunt naves aliquot ad explorandas novas terras versùs Austrum, quæ ubi paulo longius extra Terram Ignium ad grad. Latitud. 56., & 57. progressæ sunt,

tantum ventorum ab Austro spirantium impetum, ac violentiam contra se sunt expertæ, ut necessariò retrocedere, & in Americam redire coactæ sint: unde post iteratam experientiam ab hoc proposito etiam cefsatum est. Ejusmodi exoticos ventorum flatus quot annis ferè experiuntur mensibus Septembri & Octobri, qui Chile habitant, quando nimurum sol in Äquinoctio autumnali ex hemisphærio Boreali in Australe transgreditur: tunc enim sol vicinior Pollo Antarcticō Atmosphærā hyemali tempore condensatam suo calore dissipat, cámque in omnem quidem par-

tem, at in viciniores Americæ Provincias, quales sunt Chile, & Terra Magellanica, fortissimè reflextit. Ejusmodi ventos Australes admodum vehementes, & periculosos experuntur, qui Caput Bonæ Speci præternavigant, aut ibidem habitant: quod signum sat manifestum est, nullas inter has Regiones, ipsūmque Polum Antarcticum terras intercedere, quæ hos ventorum flatus aliquousque refringere, ac debilitare possint, quemadmodum ad Polum Arcticum contingit, ubi propter varias terras interpositas venti adeò feroce non sunt.

### PROPOSITIO X.

#### Insulæ Latronum, hodie Marianæ, carūmque situs, & conditio.

**S**Itæ sunt hæ Insulæ in Orientali Oceano circa Tropicum Cancri, & inde rectâ versùs Polum & Insulas Japonicas aslurgunt, numero etiamnum incerto, è quibus hodie quatuordecim tantum notæ sunt. Magellanes, qui eas in navigatione sua anno 1521. detexit, & in ijsdem divertit, Latronum Insulas vocavit, quod à Barbaris indigenis parte aliqua suæ supellestilis hospes despoliatus fuisset. Ad easdem Insulas postea anno 1565. divertit etiam Michaël Lopez, & ipse Regis Catholici Navarchus, cuius etiam nomine possessionem accepit, & die S. Ildephonso sacrâ primam Deo Hostiam ibidem offerri curavit; cùm que benignè satis ab indigenis esset habitus, redditum se illis promisit paulo pòst cum viris aliquot Apostolicis, à quibus Christi legem edocerentur. Verùm Lopezio paulo pòst vitâ functo

deinceps añi fluxêre 103., quibus nulla fuit de Latronum Insulis memoria in aula Hispanica, donec tandem Deus Ludovicum de S. Viçtore nobilem Hispanum eò permovit, ut Societatem JESU ingressus, cùm de his Insulis famam audiret, earum indigenas Christo lucrandi desiderium primò conceperit, & subinde gravi morbo correptus eam mentem etiam voto firmârit. A morbo expeditus illico in aula Regis Catholici hanc suam expeditionem urgere cœpit, impetratōque consensu mox ad Insulas Philippinas, & inde ad Marianas ductore Navarcho Bartholomæo Nunnez cum socijs aliquot anno 1668. appulit; nec diu pòst magnum indigenarū numerum ibidem sacro Fonte lustravit. Jamque spes magna affulgebat intra breve tempus totas has Insulas Christianæ aggregandi Ecclesiæ, cùm ecce stygius

Insulæ Latronum, hodie Marianæ, carūmque situs, & conditio.

stygius veterans: qui xxiij  
par hanc libyam eripi,  
pol tempore per quosdam  
insipitoniibus, & no  
infectos lemen iterumque  
lambis in præsidios mili  
litionarios Religiosos ca  
curum ab anno 1670. ad  
ce 1696. undecim, & inte  
Ludovicum de S. Viçtore  
marum Apostolum interer  
ram iteratis hisce clâibis  
Missionariorum zelus, &  
nec Hispanorum mihi  
Inidis idem succede  
sidiun, quibus fractus in  
tumultus, & ferocia tan  
& Regi Catholico acquieci  
et hec omnia plurimum co  
nenamque memoriam prom  
missa Maria Anna Au  
pissima Hispaniarum Regio  
gentis hujus conversionem

PR  
Novum Mexic

Dla inter fabulas comp  
omnes ferè adhuc secul  
vis Geographi, que de novo  
in olim ad aulam Hispanic  
vnt quidam e Familia San  
Geographici Religiosi, c  
in primi magnam Regni  
quod postea novæ Hispan  
in cultu, partem ad Chil  
agonem perduxerunt, ad  
eis factissimum suum zelo  
que Christianam Fidem pro  
moto, & Occidentem la  
m populi, atque, ut sole  
m arduo, fundoque negotio  
sucas difficultates subférunt,

stygius veterator, qui ægrè patiebatur hanc sibi prædam eripi, aliquanto post tempore per quosdam indigenas suis superstitionibus, & noxiæ libertati assuetos semel iterumque turbas gravissimas in præsidarios milites æquè ac Missionarios Religiosos concitavit, quorum ab anno 1670. ad annum usque 1696. undecim, & inter eos etiam P. Ludovicum de S. Victore harum Insularum Apostolum interemerunt. Verum iteratis hisce cladibus non cessit Missioniorum zelus, & constantia, nec Hispanorum militum è Philippinis Insulis idem idem succendentium præsidium, quibus fractus indigenarum tumultus, & ferocia tandem Christo, & Regi Catholico acquievit. Potro ad hæc omnia plurimum contribuit, æternamque memoriam promeruit Serenissima Maria Anna Austriaca, piissima Hispaniarum Regina, quæ gentis hujus conversionem suo impe-

rio, atque impensis regijs potissimum promovit: unde & nomen suum Marianis his Insulis haud immerito communicavit. Novem ex his Insulis lucem Christianam jam ante aliquot annos acceperunt, quas inter maxima vulgo Guahan, nunc verò Insula S. Joannis appellatur, cuius ambitus Leucarum 40. censemur, numeranturque in ea 150. pagi & oppida, in quorum aliquot Hispani suum tenent militare præsidium, Missionarij autem Societatis in templis populum, & in seminariis Juventutem erudiunt.

Ab Insulis Marianis versus Meridiem, & novam Guineam non procul absunt aliae quædam Insulae præcedentibus haud absimiles, quarum jam ultra 30. partim ab Hispanis navibus, partim alijs casibus insolitis sunt detectæ, de quibus plura in *Geographia Hierarchica* tradidimus.

### PROPOSITIO XI.

### Novum Mexicum, & Insula California.

Du inter fabulas computârunt omnes ferè adhuc seculi præcedentis Geographi, quæ de novo Mexico jam olim ad aulam Hispanicam reulerunt quidam e Familia Sancti Francisci Seraphici Religiosi, qui postquam primi magnam Regni Mexicanæ, quod postea novæ Hispaniæ nomen tulit, partem ad Christianam Religionem perduxerunt, adhuc ulterius sanctissimum suum zelum, unâque Christianam Fidem promoturi inter Boream, & Occidentem longius sunt progressi, atque, ut solet, in tam arduo, sanctoque negotio haud paucas difficultates subjérunt. Ne-

que defuerunt, quibus Barbarorum crudelitas etiam vitam ademit, quos ipsi in viam vitæ æternæ tanquam ovæ errantes reducere parabant. Interim dum pij Religiosi quærebant animas, milites Hispani viæ comites aurum requirebant, quod cum in terra parum habitata, & necdum exulta non invenirent, tanquam re infecta in novam Hispaniam reversi sunt, ubi terram, novum nempe Mexicum, ad quod explorandum missi erant, prius à Missionarijs commendatum, ipsi ignobile, sterile, & quasi bonorum omnium expers descripserunt. Igitur cum plus fidei horum

militum ; quām Religiosorum Relationi haberetur in aula Mexicana , utrumque negotium & Regionis excollendæ , & salutis animarum procurandæ multo tempore neglectum est : sed & fama inde exorta inter Geographos , præsertim acatholicos , & Religiosis offensos , hoc novum Mexicanum nullibi extare sparsit : unde & tanquam Monachorum commentum explosum est . Interim à relatis Missionarijs ab opere tam pio , & conversione tot gentium , ac populorum nunquam cœfatum est : immo ut illicum Hispanis facerent expeditionis in amplissimas illas Regiones resumendæ , identidem spem auri-argentique fodinas excitandi ingesserunt , idque tandem successum habuit . Prima igitur colonia anno 1598. excitata est in ipso umbilico vastissimæ hujus Regionis , exstructaque Urbs sanctæ Fidei , vulgo S. Fe , & alio etiam nomine Hispanis dicta Granata . Successu temporis primariæ huic coloniæ accesserunt aliæ adhuc 17. Provinciæ amplissimæ totidem Præfectis Hispanis gubernatæ . Post S. Francisci Alumnos alij etiam in hanc animarum messem subintrarunt viri Religiosi , à quibus jam multa millia indigenarum ad Christianam Fidem deductæ sunt . Totum hoc novum Mexicanum , ut est vastissimum , & à Tropico Cancri usque ad Lacum Totonleac , & forsitan usque ad fretum Anianum Leucas ferè 400. in Septentrionem assurgit , ita varios , & frequentes nunc habitatores numerat , quorum nonnulli , præsertim adhuc Barbari suāmet & ferociâ & imperantium rigore exacerbatæ sèpius Hispano dominio feso subducere sunt conati , interfectis passim Hispanis præfidiarijs , nec paucis etiam Religiosis

Missionarijs ; quæstum 20. una clades haud multis abhinc annis ex sola Familia S. Francisci abstulit . Interim terra sensim excolitur , quæ abundant rebus omnibus ad vitam necessarijs : neque ignotæ , atque ignobiles sunt auri . argentique fodinæ Novi Mexicanæ , quas non ita pridem Anglicani piratæ ex vicina California , in qua anno 1687. substiterant , eò transituri invisere , & more suo despoliare destinaverant , nisi plurium vota consilium intervertiissent , ut testatur Dampierius unus ex eadem prædonum cohorte in suo itinerario .

Novo Mexico ad Occidentem adjacet pars ferè longitudinis Insula California à Tropico Cancri usque ad fretum Anian extensa , & modico Canali ( Mar Vermeio vocans Hispani ) à novo Mexico dirempta . Ejus latitudo varia est : maxima centrum Leucas Hispanicas vix adæquat . Primus hanc Insulam totius orbis maximam detexisse putatur Cortesius anno 1535. , sed circa litora duntaxat discurrendo Portus & Promontoria aliquot , & minores quasdam Insulas circa eam certis nominibus distinxit . At notus ille Navarchus Anglicanus Franciscus Dracus in suo itinere maritimo , quo anno 1577. totum Globum terraqueum circumnavigavit , Californiam ingressus est ; sed cum nullas ibi opes , quibus unicè inhiabat , deprehendisset , reliet à Californiâ Mexicanum , & Peruvium expilavit .

Anno 1682. ad hanc Insulam occupandam Regis Hispaniarum nomine missus est quidam nobilis Capitaneus de Atando cum duabus navibus , & militari manu , qui in præcipuo Californiæ Portu Pacis fortali-

tationis S. Iunonis duobus inretra è Societa  
tis Barbaram salutem  
bus Hispani semel iter  
na illa statione sua 15. 1  
Occuli progressi sunt ex  
trudinam Insulam ab Ottu  
compe usque ad Mare d  
cum post exadios dies aliqui  
in excelsis montibus i  
spicerent , te tunc infect  
stationem redierunt . A  
gerentur sub auspiciis

P R

O scio magni Fluminis .  
O uij hæc Insula magnitudi  
Anglie objecta est in  
Latitudinis Borealis 46.  
inventio tr. būtūr Scopoli  
ab Anglis circa annum  
Galli eandem inventionen  
dicunt Normandis , quos  
in 1504. eo delatos esse vol  
1523. Georgius Calveni La  
tice Anglus occupavit in h  
uiciniam Provinciam , qua  
de Avalon , in quam nova  
nam , exfructuque urb  
iam cum insigni arce . V  
in 1524. in eadem Insul  
uicinali Regis sui possellit  
uiciniam Joannes Verrazanus  
Inuincia , quam occupavia  
gallum exfructu . Galli  
uicinali accederent pl  
lanteis cultores , cui  
autem crescent . Igur de  
uiciniam huiuslaem Insula

talitium S. Brunonis exstruxit, duobus interea è Societate Missionarijs Barbarorum salutem procurantibus. Hispani semel iterumque à prima illa statione sua 25. Leucis versus Occasū progressi sunt exploraturi latitudinem Insulæ ab Ortu in Occasum, nempe usque ad Mare del Zur: Sed cùm post exactos dies aliquot Mare etiam in excelsis montibus necdum conspicerent, retunc infecta ad primam stationem redierunt. Atque hæc cùm agerentur sub auspiciis Regis Caroli

II., ipsa California adiectæque minores Insulæ Carolinæ deinceps vocari cœperunt. Veruntamen Hispani, qui (ita famâ ferente) magnum in his Insulis à Margaritarum piscatu lucrum sperabant, cùm excidissent hac sua spe, ipsa quoque expeditio minori zelo & curâ deinceps promota est, uti retulerunt literæ anno 1684. huc in Europam transmissæ. Plura qui volet, in Geographia Hierarchica de hoc inveniet.

## PROPOSITIO XII.

## Insula Terræ Novæ.

**O**stio magni Fluminis S. Lauren-  
tij hæc Insula magnitudine par  
Angliae objæcta est intra gradum  
Latitudinis Borealis 46. & 52. Ejus inventio trahitur Sebastiano Gaboto  
ab Anglis circa annum 1507. At  
Galli eandem inventionem suis ven-  
dican Normandis, quos primos anno 1504. eò delatos esse volunt. Anno  
1623. Georgius Calveni Lord Baltimore  
Anglus occupavit in hac Insula  
quandam Provinciam, quam appellavit Avalon, in quam novam duxit  
coloniam, exstruxitque urbem Ferri-  
landiam cum insigniarce. Verum jam  
anno 1524. in eadem Insula nomine  
Francisci I. Regis sui possessionem ac-  
cepérat Joannes Verrazanus, & in  
Provincia, quam occupavit, urbem  
Placentiam exstruxit. Gallis & An-  
glis postlimino accesserunt ɔlij etiam  
hujus Insulæ cultores, cum primis  
Hollandi, qui hic certo tempore pi-  
scationem exercēt. Igitur duni oram  
maritimam Australēm Insulæ sensim

occuparunt Europæi, ad Mediterra-  
nea, & partes Boreales recesserunt  
indigenæ, barbari etiamnum & miris  
superstitionibus involuti, etsi non vi-  
deantur omni veri Numinis cognitio-  
ne destituti.

Porro ipsa terræ conditio non  
multum differt ab ea, quæ est in no-  
va Anglia: unde si cultores Europæi  
sensim accrescant, inter meliores A-  
mericæ partes hæc Insula computabi-  
tur. Ejus etiam pretium auget cele-  
berrima piscatio, quæ quot annis ver-  
no tempore à mense Martio usque ad  
Junium à varijs Nationibus exerceri  
solet ad cumulos arenarios ( vulgo  
die Sandbancs.) qui ab ora maritima  
Terræ Novæ absunt 50.miliaribus, cen-  
tum ferè miliaribus ab Ortu in Occa-  
sum extensi, lati autem miliaribus vix  
24. Pisces potissimi, qui hic capi-  
untur hamo, incredibili numero, sunt  
Salpæ, Gallis dicti Cabelliau; qui ut  
primum extrahuntur è Mari, mox ca-  
pite truncati, & sale conditi partim

K 3

re.

recluduntur in certis conditorijs, partim ad ventos exsiccantur, & utriusque inde in Europam navibus deportati per diversas Provincias passim diven-

duntur.

### P R O P O S I T I O    X I I I .

## Flumen & Regio Amazonum , Lacus Xarayum, & Parime.

### §. I. Regio & Flumen Amazonum.

**S**I vera sunt, quæ de utrisque passim Geographi, cum primis verò Nicolaus Samson in Atlante minore scribit, oppidò mirandum est, quòd Europæi in hodiernum usque diem intactam reliquerint Regionem hanc, in qua una reperiuntur opes omnes, ac divitiae, quæ cæteroquin in omnibus Americæ Provinciis colliguntur. Cujus rei fortassis causa non minima est, quia Regio hæc est vastissima, & ingenti suo Flumini commensurata: utrumque enim ad 1200., imò quibusdam etiam ad 1800. Leucas Hispanicas est extentum; Flumen namque Amazonum in montanis Peruvij 8. Leucis ab urbe Quitensi exortum, postquam totam Regionē quasi medianam pertransit, receptis innumeris ferè alijs Fluvij quos inter potissimum est Xauxa, sive Marannion ) ingente aquarum molem per ostium ad 84. Leucas Hispanicas extentum, atque Insulis plurimis repletum in Mare Occidentale evolvit. Altera causa est, quòd tota Regio frequentissimo scatet habitatore, eoque militari, & ad bella promptissimo: quingentas enim Nationes diversas numeravit, qui Regionem invisiit, vidiisque inter viros

frequentes etiam mulieres armis instructas, quæ res ansam præbuit instaurandæ Græcorum fabulæ, & toti Regioni nomen Amazonum attribuendi causa fuit. Inspecta quidem est ab Europæis hæc Regio, sed obiter duntaxat, at necdum habitata. Primus fuit Joannes (alijs Franciscus dicitur) Orellhan, qui anno 1540. per ostium magni Fluminis ingressus est; at priùs mortuus vitam quam cursum absolvit. Hunc anno 1560. secutus est Petrus de Ortua. Tertius anno 1566. quidam Maldonadus. Quartus anno 1635. Joannes Polaccius. Quintus Petrus Texeira Lusitanus, qui anno 1637. solus totam Regionem & Flumen Amazonum navigando visit, atque revisit, è cuius Relatione habentur ferè potissima, quæ de hac Regione, ejusque magno Flumine passim referrunt Geographi.

Operæ pretium sanè foret, si quis tanto populo, qui passim idola colit, lumen Christianæ Fidei inferret, & tot animas ab interitu æterno vindicaret; sed hoc nemo potest, nisi magnus aliquis Princeps, cuius pia voluntas, & imperia armata sunt.

§. II.

## §. II. Lacus Xarayum.

**I**ntr Peruvium & Brasiliam ponitur à Geographis magnus iste Lacus, cuius longitudo par latitudini 30. ferè Leucarum est. Ipse Lacus plenus est Insulis, in quibus moratur magnus Barbarorum numerus: nec minor est multitudo eorum, qui circa Lacum longè latèque diffusi suas stationes in montibus ac sylvis obtinent, & Xarayes dicuntur, à quibus etiam Lacui nomen obvenit, è quo originem suam dicit ingens Flumen Paraguay, quod Hispani Argenteum, & Rio del La Plata appellârunt. Geo-

graphi hunc Lacū passim in suis Chartis exprimunt, at vix aliquid in suis Relationibus. Sed neque ex Hispanis est aliquis, neque ex Missionarijs, qui eousque in Paraquariæ Mediterranea penetrârit, & amplissimæ Regionis, & Lacū Xarayum statum & conditio- nē præsens inspexerit. Unde tota ferè notitia à vicinis Peruanis, & Chau- citis populis habetur. Hispaniac Lusi- tani tot jam in America Provincias oc- cupant, ut pluribus inveniendis aut excolendis non sufficiant.

## §. III. Lacus Parime.

**A**dipsam ferè Lineam Aequinoctia- lem inter Guianam, & Regionem Amazonum Americæ Australis hic La- cus (rectius Mare quoddam dixeris) collocatur à Geographis, & à Jaois populus Raponowini appellatur. Ejus longitudo est 90. Leucarum Germanicarum, latitudo saltem 30. Illi ad oram Occidentalem apponitur urbs Manoa, quam Hispani el Dorado vo- cant, eaque est Regionis Metropolis, & Regni caput, cuius dominium est penes Incam quendam, ex stirpe Re- gum Peruvianorum, quem co tem-

pore, quo Franciscus Pizarrus Re- gnum illud unà cum suis Regibus, quos Incas vocabant indigenæ, ex- tinxit, & Hispano Regi subjecit, clàm ad has partes profugisse, & hanc se- dem occupâsse cum Nicolao Samsone tradunt Authores. Sunt, qui hoc Regnum, ipsumque Lacum Parime merum esse commentum credunt, eò quòd neutrum ab ullo Europæorum visum exploratûmque sit. Sed quan- tum hoc valeat argumentum, jam alibi ostensum est.

## P R O P O S I T I O XIV.

## Flumen Ghir, &amp; Fontes Nili.

## §. I. Flumen Ghir,

**I**ntra ea, quæ in plerisque Chartis Chorographicis universam Africam referentibus exprimuntur, est Flu- men Ghir, quod ingens terræ spatiu pervadit, non quidem fluxu continuo

supra terram, sed saepius interrupto, hoc est saepius infra terram absorptum, iterumque regurgitatum: idque tan- dem, ubi Nubiæ Regnum ingreditur, ipsum quoque Nubiæ nomen assumit, &

& ad confinia superioris Aegypti in Nilum sese effundit. De hoc igitur Africano Flumine, ejusque cursu sat exotico apud Authores vix aliquid reperies, & quidem longe minùs, quam de Lacu Parime: nemo tamen Flumen Gher inter commenta, aut fa-

bulas recenset. Ita multa in hoc orbe terraquo dubia adhuc & incerta sunt, quæ tamen ideo rei cienda, aut eliminanda non sunt: cum identidem magistra experientia intellectum perperam ratiocinantem instruat, & rectius sentire compellat.

### §. II. Fontes Nili ab antiquis Philosophis & Geographis ignorati, & ab experientia tandem detecti.

**O**riginem, Fontesque Nili Fluminis, quos tanto studio indagârunt, nec tamen invenerunt tres magni mundi Monarchæ, Cyrus Rex Persarum, M. Alexander Rex Græcorum, & Julius Cæsar Imperator Romanorum, tandem sub initium seculi elapsi, anno videlicet 1618. detexit Abassia Imperator, qui magno stipatus exercitu ad locum accessit, & Nili scaturiginem coram inspexit. Totum illius iter, situmque Fontium descripsit P. Petrus Paëz Lusitanus è Societate JESU, qui Imperatori comes itineris adstitit. Verba illius è Manuscripto refert P. Athanasius Kircherus cap. 10. §. 3. Mundi subterrani. item Tom. 1. Ædipo Aegyptii cap. 7., quorum hæc est aliqua Synopsis.

I. Nilus exoritur in confinibus Abassia & Monomotapæ in Regno Goyam, Provincia Sabala, quæ alijs Socala, Soahala, & Sohala dicitur: quæ nominum diversitas nascitur ex diversa pronuntiatione, quæ subinde in alijs etiam vocibus ejusdem Relationis notatur, & Relationi fidem adimere non potest.

II. Oritur autem Nilus è duobus Fontibus in planicie montis, quorum exitus non est in ipso monte, sed in ejus declivitate, sive radice.

III. Nilo post aliquod intervalum jungunt se quatuor alij Rivi, & post spatium itineris diurni aliud magnum Flumen, quod Jama vocant Charæ Geographicæ, Ludolphus autem in sua Æthiopia Jema appellat.

IV. Nilus Jamæ conjunctus ex Ortu transit in Occasum, & post cursum 35. Leucarum à sua origine ingreditur Lacum Bed: ita eum vocat Kircherus, & Ludolphus, qui posterior etiam Tsama eum nominat: Chartæ Zachaf dicunt.

V. Nilus è Lacu egressus declinat in Austrum, & rigat Terram Alatam, & non procul inde è rupe 14. brachijs elevatâ præcipitatus in planum per varias ambages discurrendo percurrit Regna, sive Provincias Begametri, Goyam, Amhara, Olaca, Xaoa, Damut &c., transitique Regno Bizan, & Guamanianâ revertitur ad suos Fontes usque ad iter unius diei.

VI. Exinde rigatis Regnis Fazato & Ombareâ reflectitur in Ortum, & tum sensim assurgit in Septentrionem, atque post superatas enumeratas Regiones & Provinceas, transitique Ægypto per plura ostia in Mare Mediterraneum evolvitur.

Atque hæc ferè est Relatio Patris Paëz, secundum quam P. Kircherus in suo Ædipo Aegyptio, & Mundo sub-





Font

histeraneo duci forma  
Chorographicas Nili exo  
siquouque profuentis. V  
ta efficiit Relationi satis  
Aliam nos tradidimus in  
Hierarchica sub nomine  
et veram, & longe exa  
mē proponimus Folio I  
names Nili flexus ac gyn  
relationi conformes ab ip  
usque ad ostia expressio

Relationi Patis Pac  
plerisque conformem u  
Partibus Cairo in Europa  
hoc ad nos transscript.  
fere totam jam proposu  
phia Hierarchica pag. 39  
iam Lectorum remittim

Ex hac autem Relation  
nis Primō aliis ostenditū  
quam cum Lufiranis olim te  
tis nocti Missionarij trai  
Abassiam: hi nonque C  
ano per Mare Indicum in  
brum introgessi ad Potrum  
& inde mox in Regnum Ti  
pi Fremenam transfractū  
cum suum domicilium sta  
via Abassia: alterum deū  
z in Regno Dambe lan  
um Collatz in extremo  
ea, uti tradit P. Hazar  
ia Aethiopica.

Secondo docetur locu  
Gondar, quem moderni  
in quandam Metropoli  
de regiam haud multis ab  
ea, trium duntaxat die  
res Nili Fontibus remotam  
est in sua Relatione men  
sabit, quod eo tempore a  
Gondar excedum fuerit, a  
cous abie ignobilis titulus  
excedum merent.

Tertio hoc Relatio aperi

ibiterraneo duas formavit Chartas Chorographicas Nili exorientis, & aliquousque profluentis. Verum neutra est huic Relationi satis conformis. Aliam nos tradidimus in Geographia Hierarchica sub nomine *Fontes Nili*: sed veram, & longè exactiorem hic tandem proponimus Folio C.D., in quo omnes Nili flexus ac gyros mirabiles Relationi conformes ab ipso ejus fonte usque ad ostia expressimus.

Relationi Patris Paëz alteram in plerisque conformem unus è nostris Patribus Cairo in Europam anno 1696. huc ad nos transcripsit. Epistolam ferè totam jam proposui in Geographia Hierarchica pag. 39. & 40. quòd etiam Lectorem remittimus.

Ex hac autem Relatione, sive literis Primò alias ostenditur modus, quam cum Lusitanis olim tenuere Patres nostri Missionarij transeundi in Abassiam: hi námque è Collegio Gono per Mare Indicum in Mare Rubrum introgressi ad Portum Mazium, & inde mox in Regnum Tigre, & Paganum Femonam transiérunt, ubi primum suum domicilium statuit Societas in Abassia: alterum deinde Gorgoræ in Regno Dambea latissimo, & tertium Collatæ in extimo Regno Goam, uti tradit P. Hazartus in sua Historia Æthiopica.

Secundò docetut locus, nempe Gondar, quem modernus Imperator in quandam Metropolim, sive sedem regiam haud multis abhinc annis erexit, trium duntaxat dierum itinere à Nili Fontibus remotam, de qua P. Paëz in sua Relatione mentionem non facit, quòd eo tempore urbs illa Gondar aut neendum fuerit, aut certè locus adhuc ignobilis titulum urbis neendum meruerit.

Tertiò hæc Relatio apertè aste-

rit, Nilum à suo exordio per duos transire Lacus, unum quidem minorem, cui certum nomen Relatio non tribuit, alterum majorem, quem Zaire appellat (cùmque ingentis amplitudinis omnes exhibent Mappæ Geographicæ) cujus circuitus sit iter 6. dierum, in quo utcunque convenit cum Hieronymo Lobo (Lupo) Lusitano, qui Abassiam annis ferè 12 incoluit, & huic Lacui longitudinem, 25. Leucarum, latitudinem verò 15. Leuc. tribuit.

Quartò Relatio Legati Abissini, Hieronymi Lobi, & P. Hazarti in hoc consentiunt, quòd Nilus magnum pertranscat Lacum, in nomine tamen ejusdem Lacus dissentiant: Legatus enim illum vocat Zaire ab urbe Zaire, quæ illi adjacet; Lobus autem, & Hazartus Dambeam appellant à Regione, sive Regno Dambea, in quo situs est hic Lacus, quem teste Hazarto etiam indigenæ Bar Dambea, id est, Mare Dambea appellant: unde hæc qualiscunque diversitas non in re ipsa, sed in solo nomine consistit. Quod confirmatur exinde, quia omnes modò relati Authores affirman, in medio Lacus magnam esse Insulam, quæ teste Hazarto tempore perfidi Imperatoris Facilladæ locus exilij Catholicorum exstítit.

Quintò, Igitur stante Legati Relatione Lacus Zaire non potest exterminari ex Imperio Abissino, uti hodie faciunt Geographi Francisci Malletus, & La Croix &c. cum P. Coronelli: sed neque Fontes Nili collovari possunt in Regno Tigre, & ad oram Maris Rubri: si enim urbs, & aula regia Gondar triduano tantum itinere distat à Nili Fontibus, frustra & incepit pro rorsus tam longum ierad aulam,

& urbem regiam instituisset Legatus Abissinus, neque transiisset per Regnum Nubiæ, neque per Terram Nigerorum, aut Regionem Sanar &c., sed brevissimo itinere, & rectâ ex Cair transiisset in Regnum Tigre; uti inspicienti Chartam Geographicam totius Africæ ad oculum patebit.

His accedit ulteriùs Primò, quòd si Nili Fontes ponantur in Regno Tigre, & Mari Rubro vicini, ni-mium decurtabitur illius cursus, adeò, ut vix ad trecentas Leucas Germanicas extendatur; unde & Danubij fluxum haud magnopere excedet, quod tamen videtur adversari opinioni omnium Historicorum etiam antiquorum, qui omnes ferè Nili cursum ultra 700. Leucas Germanicas extendent, & ex cursu adeò prolixo nasci volunt annuam illius exundantiam aquarum, quam ex pluvijs in tot Provincijs ultra citrâque Æquatorem positis tempore Solstitij æstivi cadentibus provenire vix dubitant. Se-cundò, quomodo (si Nilus nascitur in Regno Tigre) explicabitur illa di-visio, quam cum antiquis & modernis Geographis asserit Nicolaus Samson, in Album & Nigrum? Nilus enim è Lacu Zaire egressus post aliquod intervallum scinditur in duo brachia, quorum dextrum tendit in Ægyptum, alterum & sinistrum incidit in Lacum Nigrum, è quo egrediens flectit cursum ad Occasum, & transitâ Regione Nigritarum per multa ostia perrumpit in Occidentalem Oceanum, diciturque passim ab ipsis Nigritis Nilus Ater.

Illud unum denique aliquam dif-ficultatem præfert, quòd Hierony-mus Lobus longitudinem Lacui Dam-beæ (quem cundem diximus cum

Lacu Zaire) tantum 25. Lencis defi-niat, cùm tamen Mappæ Geographi-cæ omnes ultra 100. Leucas eum ex-tendant. Cui difficultati tamen ut-cunque occurri posse videtur, si dicamus, Lobum non de toto Lacu (qui ab Insula magna in duas partes, sive Lacus, nempe Zaire, & Zembredi-viditur,) sed de parte Boreali tantum, quam indigenæ Zaire, & Dambea appellant, locutum esse: qua ratio-ne Lobi Relatio cum Relatione reli-quorum Authorum sat commode consentiet. Porro ut hanc difficultatem & ego nonnihil mitigarem, utrumq; Lacum Zaire & Zembre im-minuere malui, quâm contra omni-um Geographorum sensum ex Afri-ca penitus eliminare. Lector curio-sus inspiciat Folij D. D. Fig. I. & II. magis explicatam. Reliquas deli-neationes in diversis Geographiæ par-tibus propositas jam ante postremam hanc Legati Abissini Relationem ac-ceptam expediveram.

Atque his tandem Crisi, quæ est circa Historiam, finem damus: priùs tamen adhuc adjectâ per modum appendicis novâ, eâque accu-ratissimâ modernæ Tartariæ descrip-tione, quam nuperrimè R. P. Ca-sparus Castner Societatis JESU, Mi-sionarius Sinensis, insignis & ipse Geographus ex Relatione eorum, qui omnia pæsentes ipsimet inspexerunt, fidelissimè confecit, atque ex Sinis redux in Europam ad nos detu-lit. Ea igitur sic habet.



Bre-

## Brevis, & Accuratissima moderna Tartariæ de- scriptio.

**M**oderna Tartaria in varios Regulos, seu Familiarum capita divisa est, quos ipsi Tartari lingua suâ *Tai Kie* appellant, hoc est, à sanguine regio descendentes. Cùm enim Familia Tartariæ Occidental is Iven dicta seculo decimo tertio Sinarum Imperium possideret, Imperatores Tartari, quò securius regnarent, sanguinis regij filios per vasta illa extra Murum Sinicum, & deserta terrarum spatia diviserunt, quibus cùm alij plures se conjungerent, parvi Principatus, seu potius magnæ Familiae factæ sunt. Habitant autem illi ferè sub tentorijs, & vix ullæ ibi urbes sunt. Vitam agunt pastoritiam, & prout pascuorum, atque alimentorum commoditas exigit, stationes suas circumferunt, & mutant. Magnos greges camelorum, equorum, agnorum, & boum alunt, quorum lacte & laeticinijs ferè unice sustentantur: caseos etiam efformant, sed duros adeò, ut lapidibus similiores videantur. Carne, quam vel greges domestici, vel variæ ex venatione feræ illis suppeditant, quasi erudâ vescuntur, & cùm plerisque in locis maxima lignorum sit penuria, atque per vastissimas terras nec una etiam quandoque arbor inveniatur, animalium suorum stercore ad solem exciseato lignorum in vicem ad excitandum ignem, vel coquendos eibos utuntur. Vester illis plerumque variorum, quæ in venatione capiunt, & quibus illa abundat terra, animalium pelles suppeditant. Aquam iis in lo-

cis, ubi Flumina desunt, ac præsertim inter arenosum illud desertum sterile omnino & aridum, ex puteis hauriunt, quos sibi pro necessitate effodiunt, quamvis dulces aquas vix inveniant, sed acidæ plerumque, & aliquantulum falsas, ac mali imprimis odoris ob nimiam salis nitroſi eo in solo abundantiam. Familiae hæc in solitudine dispersæ raræ admodum inveniuntur, & intra trintat circiter Leucarum ambitum vix unus populus occurrit. Terra etiam penitus omnis inculta est, & gens illa ignava, nec ullis artificijs exulta. Supersticio illis cum reliquo Oriente ferè eadem est; sectam enim illam idoli *Xaca*, seu *Zoe* in Sinis dicti profitentur, & Pythagoricas Metempſicoseon fabulas credunt. Sacrificuli, qui Japonensibus Bonzij, illis *Lama* vocantur; Sunt ij ferè omnes ex Principum, & Regulorum sanguine oriundi: hi enim, præter primogenitos, omnes reliquos filios infami idolorum servitio dedicare solent, in quo quamvis turpissimè vivant, maxima tamen illis apud omnes est authoritas, & veneratio: ac in cibis præcipue sumendis ea populo est observatio, ut vix epulas tangere velint, quibus illorum sacrificuli certâ aliquâ formulâ non fuerint prius bene precati.

Præcipua totius Nationis Academia in Regno Tibetano est, quo nobilis Juventus universa confluere solet, ut in literis & superstitionibus Tartaricis instruatur. Dominatur toti ferè huic Regno Tibetano supremus, qui est ibi, superstitionis Antistes, ac reliquorum Lamarum, seu sacrificiorum Princeps. Summâ is ab omnibus Tartariæ populis reverentiâ, & submissione, tan-

quam vivum aliquod idolum, colitur, cui etiam copiosa quot annis ab aliarum terrarum Regulis & Principibus munera offeruntur. Immortalis is penitus esse fingebat; & populus fabulam stolidè credebat. Cùm tamen modernus Sinarum Imperator post bellum Tartaricum, de quo paulo pòst dicemus, & devictum Caldanum Regem Eruthanum, sacrificulis imprimis aliquot tanquam præcipuis belli illius incentoribus admodù infensus esset, eosque, qui Tibetum ad suum hunc Antistitem simul & Regni Tibetani Dominum confugerant, sibi tradi acribus minis postulassent, immannis demum, & longæva fraus subitò inter Tartaros detecta est, & eum, qui immortalis dicebatur, ante sedecim jam annos fato pariter functum esse constitit. Gravius ergo indignum adeò mendacium Imperator Sinicus Tibetan Legato, qui penes se erat, ex Lamarum seu sacrificulorum numero pariter unus, exprobravit, cùmque palam coram omnibus in publico conventu veritatē fateri coëgit: qui cùm necessitate le constrictum videret, ad solitas fabulas confugit, & hunc supremum *Lama*, seu Tartaricæ superstitionis Antistitem è vivis quidem sedecim ante annos excessisse confessus est, eundem tamen mox denuo in puerō aliquo renatum esse addidit. Duos dein fratres ex præcipuis his *Lama*, seu sacrificulis tanquam præciuos belli authores Imperator in publico foro Pekini in partes discripi jussit, omnésque reliquos, qui Pekini erant, Lamas feræ hujus tragediæ spectatores adesse voluit.

Habebant Tartari præteritis quondam seculis Reges quosdam admodum potentes, qui & Europæ &

Afiae nonnunquam timendi fuere, & ipsum etiam Sinarum Imperium secundo decimo tertio per septuaginta ferè annos sibi subiectum tenuere. Inter Europæos illi Magni *Kam* Tartaricæ appellabantur, desumptâ voce à Tartaris, qui Reges suos antonomastice, *Han*, seu Dominos compellare solent. Successu autem temporis tota ferè illorum potentia concidit, & in varias partes divisi inertí otio bestijs potius quam hominibus similes, vivebant. Interim qui viciniores illis erant Moscovitæ, utendum occasione rati sunt, & suum illic Imperium per immensa terrarum spatia extendere cuperunt, omnia, quæ Mari Septentrionali adiacent, penitus occupantes, donec tandem sub initum ferè regnantis hujus Familiae Tartaro-Sinicæ, quæ sexaginta jam annis Imperium obtinet, novos istos hospites sibi vicinos Tartari adverterunt, & aliena suo in solo fortalitia atque arces ligneas exsurgere conspexerunt. Lites inde mutuae sunt exortæ, & ad arma etiam identidem deventum est. Miserunt quidem Moscovitæ aliquoties Legatos Pekinum, optantes, ut res pacificè cum Tartaro componenteretur, sed irrito semper eventu, donec tandem anno 1689. utriusque Imperij Legati in confinibus ad stationem Moscovitarum *Nipchu* diétam convenerunt, atque ibi stabilem tandem pacem utramque inter Nationem sanciverunt. Constituti sunt autem imposterum Ditionis Moscoviticæ limites duo Flumina *Kerbiki* & *Ergon* dicta, quæ ambo in magnum Flumen *Sagalien Ula*, seu Nigrum appellatum influunt, Monates item utrinque Lapidei dicti, qui jugo suo utrumque Imperium dividenterent:

derent. Tenuerunt illiz  
hoc Monum juga utrin  
cent & flamine Udi di  
cum nostra pars alter  
veller, ita indecifre int  
er, ut nullius dominij  
ocalia inter ipsos Impre  
is pariter terras pacifi  
cò iniretur: arx vero Ta  
diz, quas Moscovitz ex  
tis construxerant, habic  
tructæ, vel intra limites  
rum translatæ sunt.  
  
Dum pacis negot  
iner & Simas agebatur  
terram bello Caldano  
vicinos populos *Halke* di  
unde illi sub tutelam  
Sinici configere, eaque  
belli inter ipsum Imperia  
Regem Caldano ocal  
donec tandem anno 16  
nus ab Imperialibus  
pe Flaviam Kerch' celus  
us profligatus est, ipse  
pot miserè perit. Hac o  
bitu reliqui omnes Tartar  
Monarchæ Sinico faci  
marios subjecere, & hu  
mperium à Mari Orientali  
ne Fluvium, & ferè ad M  
un extendit. Modernu  
serior Tartaro-Sinicu  
er sua Familia, quam l  
etra ferè annos obtinet  
annus. Progenitores eju  
m Sinicum in Tartaria C  
ollerant, siue gravissimi  
inibus, quibus tributari  
solent, & exacerbati: qua  
runt viribus Marum pro  
tan pentuprem, & ipse  
u illius Metropoli Lazo jas

derent. Terræ autem illæ , quæ inter hæc Montium juga utrinque interjacent, & Flumine Uddi dicto secantur , cùm neutra pars alteri eas cedere vellet , ita indecisæ interim reliqtæ sunt, ut nullius dominij essent , donec alia inter ipsos Imperatores circa has pariter terras pacifica composi-  
tio initetur : arx verò Yacca dicta , & alia , quas Moscovitæ extra hos limi-  
tes construxerant , habitationes , de-  
structæ , vel intra limites Moscovita-  
rum translatæ sunt.

Dum pacis negotium Moscos inter & Sinas agebatur , cruento interim bello Caldanus Rex Eruth vicinos populos Halhe dictos attrivit : unde isti sub tutelam Imperatoris Sinici confugere , tñaque res atrocis belli inter ipsum Imperatorem & Regem Caldanum occasio fuit , donec tandem anno 1696. Calda-  
nus ab Imperialibus copijs pro-  
pè Fluvium Kerlon cæsus , & peni-  
tus profligatus est , ipseque paulo pòst miserè perijt. Hac obtentâ vi-  
ctoriâ reliqui omnes Tartariæ Regu-  
li Monarchæ Sinico facile se tri-  
butarios subjecere , & hujus modò Imperium à Mari Orientali ad Irtim usque Fluvium , & ferè ad Mare Ca-  
spium extenditur. Modernus autem Imperator Tartaro-Sinicu secundus est ex sua Familia , quam Imperium jam 60. ferè annos obtinere suprà diximus. Progenitores ejus extra Murun: Sinicum in Tartaria Orientali Reguli erant , iique gravissimis injurijs à Sinensibus , quibus tributarij erant , lacefitti , & exacerbati ; quare uni-  
tis tandem viribus Murum propè ex-  
tremam Chinæ partem Leotung di-  
ctam perruperunt , & ipsam Ditionis illius Metropolim Leojang cum

alijs quibusdam adjacentibus urbibus anno 1616. expugnârunt. Regna-  
re deinde cœperunt in Ditione Leo-  
tung , quæ propterea usque modò Regiminis Tartarici caput est , & sicut Pekini varia tribunalia pro cau-  
sis Sinicis , ita pari modo in Metro-  
poli Ditionis Leotung simila tribu-  
nalia pro causis Tartaricis constituta sunt. Tandem cùm à rebellibus Imperator prioris Familia Cung Ching appellatus , in ipsa urbe regia obse-  
sus sibi ipsi violentas manus intulis-  
set , & direptâ paulo pòst aulâ totum Imperium cædibus , & rapinis evertetur , Tartari isti ab ipsiis met Sinensibus in auxilium vocati laboranti Imperio opem tulere , & rebelles quidem varijs cladibus attriverunt , pro mer-  
cede autem Solium regium , quod Pekini vacuum invenerant , ipsi oc-  
cupârunt anno salutis 1644. & inde Tartaris simul ac Sinensibus impera-  
re cœperunt. Nè autem mollioris terræ beneficijs , & tranquillâ , qua-  
jam fruuntur , pace inter Sinenses & ipsi pariter Tartarorum animi lan-  
guestant , præsens Monarcha Tar-  
taro-Sinicu cum suis singulis ferè an-  
nis ingenti hominum numero , &  
integro quasi exercitu comitante asperiores Tartariæ terras accedit ,  
seque ac suos ibi venatione exercet. Est in distantia octo ferè dierum à Pekino Mons Pe Cha dictus , varijs ani-  
malibus ac præcipue cervis abundans . In hoc sæviente etiam non raro fri-  
gore frequens Imperatori venatio est. Ad pedem hujus Montis Lacus est se-  
decim ferè Leucas in circuitu com-  
plexus , quem Taal , seu Tonar appellant. In hunc quatuor se Fluvij exonerant. Scatet innumerabili propè piscium multitudine , ita , ut manu etiam

liberâ facile capiantur, & vix non ultra medietatem ipsius Lacûs occupare videantur. Propè Lacum desertum illud arenosum, vulgo *Lop* dictum, occurrit, sterile omnino, ac non nisi aridas aliquot, ac veluti emortuas herbas progerminans: quibus tamen equi, & reliqua animalia ita avidè vescuntur, ut inde potius pingueſcant, & præ plenis etiam pratis eisdem appetant. Abundant illæ terræ ingentibus caprarum gregibus, flavi omnino coloris, quas propterea Sinæ linguâ suâ *Hoang jang* appellant. Sunt eæ sylvestres omnino, & cursu ita veloces, ut nullus eas equus assequatur. Frequentes etiam in illis desertis muli occurunt, qui & ipsi pariter sunt sylvestres, nec cicurari possunt, ut equitem, aut onera admittant; cursu verò ipsas quoque capras prævertunt. Colorem omnes eundem habent subcinericum cum alba in caudæ circuitu maculâ. Tartari eorum carne vescuntur, quæ tamen admodum dura est. Post desertum arenosum Fluvius *Kerlon* in Lacum satî magnum, quique 60. ferè Leucas in ambitu complectitur, influit. Est is pariter refertus omnino piscibus, minimè tamen navigabilis, nisi minoribus solùm naviculis, nec ullæ penitus toto ejus in litore arbores, vel virgulta excrescunt. Hic postquam prædi-  
etum Lacum transiit, mutato deinceps nomine *Ergon* dicitur, donec se in magnum illum Fluvium *Sagalien Ula* (quod Furvum, aut Nigrum Fluvium sonat) infundit.

Incredibilis omnino circa hoc Flumen aliquot dierum itinere muſcarum abundantia est, quique illic iter agunt, nisi extremam ad copio-

sum etiam sanguinem usque perfecutionem pati velint, manus, caput, & collum tenui, ac transparenti velo obtegere coguntur, & ita per dies aliquot involuti procedere.

Demum post vastissimas solitudines in vicinia famosi illius, & ingentis Fluminis *Sagalien Ula* arbusta occurunt, quæ mira sui specie aspectum exhilarant, tum quod novam post tristia deserta scenam exhibeant, tum quod arbores omnes tam eleganti serie, & eâdem ferè omnes in altitudine occurrant, ut arte omnino consistæ credi possent. Magna etiam his in campis Rhubarbari copia est, quod sua omnino sponte nascitur; plurima etiam hic animalia, quos Castores appellamus, inveniuntur, quorum carnibus vescuntur Tartari, & pellibus vestiuntur. Prædictus verò Fluvius *sagalien Ula* propè Moscovitarum ibi confinia fluit, magnâque prægrandium piscium copiam vicit: aliquâ autem præcipue specie abundant, quæ nostris, Salmonibus dictis, simillima est, & gustu admodum delicata. Propè arcem *Nipchu*, quæ Moscovitarum est, in latitudinem per quadrantem se extendit, & post septingentas inde Leucas circiter, ut Tartari referunt, Mare Orientale ingreditur, atque adeò vasta habet ostia, ut in sex Leucarum latitudinem extendantur. Varias in se Insulas complectitur, & copiosos ad litora sua inter vicinas sylvas ferrum greges nutrit. Has inter animaltes sunt quædam nostris leporibus colore æstivo tempore omnino similes, hyeme tamen repente feneſcunt, & pellé in niveam omnino permutant: magnitudine canē mediocre adæquant, dispositione tamen corporis

portis sunt admodum rudi  
ta adeò celles fore vider  
Sunt tamen hic cervi  
Tartari Kas dar Gar  
Cornu lata gerant, &  
cervamentum aliquod ca  
nulum melopeponum  
petiolum illum lapidem  
cum custodire solent.  
Inter horum animalium  
et carnibus Tartari plus  
sunt.

Magna præterea co  
scovitarum Murium  
multitudine est, qui magn  
bus nostris ferè affini  
pretiosas illas pelles Z  
runt.

Demum ipsum Mare  
prægrandes pilæ inter glaci  
sunt, qui dentes unius & di  
bici in longitudine habe  
tudine verò humano qua  
ruantur. Sunt hi den  
tuli ad intimum usque  
addi penitus, & albo  
ne absimiles, quos Mo  
scovi magno fatis pretio ven  
ia ex illis elegancia ad  
elaborantur.

Cerum hæ, quas Mo  
scovit, terre jam vari  
oli incipiunt, & semi  
vum tamen fructus val  
uerunt: an id ex sterilitate  
sunt, seu ex incuria inco  
rporare non possumus.

Bonunt multi Geographi  
aut duo Regna Gog, & M  
az, appellata, quæ plane hic i  
stum. Eile portest, quod b  
onum, seu populationes huic  
civitatem doceant, quare  
Fluvium Jenilia Mazof, ali

poris sunt admodum rudi, nec cur-  
su adeò celeres fore videntur.

Sunt etiam h̄ic cervi illi, quos  
Tartari *Kan dar Gar* appellant.  
Cornua lata gerant, & circa pectus  
excrementum aliquod carneum per  
modum melopeponum habent, ubi  
pretiosum illum lapidem *Bezabar* di-  
ctum custodire solent. Pellibus in-  
super horum animalium, cornibus,  
& carnibus Tartari plurimum utun-  
tur.

Magna præterea ex parte Mo-  
scovitarum Murium Ponticorum  
multitudo est, qui magnitudine feli-  
bus nostratis ferè assimilantur, &  
pretiosas illas pelles Zebelinas ge-  
runt.

Demum ipsum Mare Orientale  
pragrandes pisces inter glaciem suam  
alit, qui dentes unius & dimidij cu-  
biti in longitudine habent: magni-  
tudine verò humano quasi brachio  
quantur. Sunt hi dentes omnino  
solidi ad intimum usque nucleus  
candidi penitus, & albo marmori  
non absimiles, quos Moscovitæ Pe-  
kini magno satls pretio vendunt, &  
varia ex illis elegantia ad tornum  
opera elaborantur.

Cæterūm hæ, quas Moscovitæ  
occupârunt, terræ jam varijs in lo-  
cis coli incipiunt, & seminantur;  
arborum tamen fructus nulli ibi in-  
veniuntur: an id ex sterilitate terræ  
proveniat, seu ex incuria incolarum,  
afferere non possumus.

Ponunt multi Geographi his in  
terrīs duo Regna *Gog*, & *Magog* ab  
illis appellata, quæ planè h̄ic non in-  
venimus. Esse potest, quod binæ ur-  
bes, seu populationes huic fabulæ  
occasionem dederint, quarum una  
ad Fluvium *Jenissa Macot*, altera ad

Fluvium Angara *Coton* appellatur.  
Cæterūm id advertendum est, ipsas  
diversas nomenclationes, quibus vel  
Sinenses vel Tartari, vel Moscovitæ  
has terras suā quivis linguā compella-  
re solent, magnam in re Geographica  
æquivocationem fortè & peperisse, &  
parere posse. Ita nonnulli ex parte  
Australi Sinarum novum Regnum  
*Mangin* dictum collocant, ab usitata  
Sinarum compellatione seducti, qui  
Sinenses Australes, tanquam minùs  
cultos, per contemptum *Mangin* (quod  
barbarum apud ipsos sonat) com-  
pellant.

Alij in Tartaria Regnum *Yu Pi*  
ponunt. Hæc vox apud Sinenses pel-  
lēm piscium sonat, & hoc nomine  
aliqui Orientales Tartari nunc indi-  
gitantur, qui, cùm vestem squam-  
matam gerant, pelles piscium ab illis  
appellantur. Antiquum verò illud  
Cataium, quod *supra* Sinas multi  
Geographi locavere, revera ipsum  
Pekinum esse ferè jam compertum  
est inter Recentiores; & adver-  
tendum omnino venit, ab antiquis Si-  
nensibus *Chung Quoe*, seu Chinam  
præcipue nominatas esse Provincias  
intermedias, scilicet illam, quæ  
*Honan* nunc dicitur, & alias aliquas  
illi adjacentes; constat autem his Pro-  
vincijs ex parte Boreæ immediate Pe-  
kinum, seu antiquum Cataium im-  
minere. Atque hæc paucis pro Geo-  
graphorum notitia certa exposuisse  
fufficiat, quæ omnia corām videre,  
& experiri licuit Societatis Missiona-  
rijs, qui identidem eas per terras ul-  
timis his annis, ab Imperatore Sinarum  
missi iter instituere, & ipsimet perlu-  
stravere.

PARS